# PLINII SECUNDI QUAE FERTUR UNA CUM GARGILLI MARTIALIS MEDICINA: NUNC...

Quintus Gargilius Martialis

Digitized by Google

25,173. cypera. dracontii semen [illegible]
pondere naribus inlinere
30,31. carcinomata sint emendari
qui hoc malo vexabitur [illegible]
mularum.

## XI. Destillationi.

(32,65) om. r. Cinis testarum [illegible]
30,49. colligitur in modum [illegible]
* om. r. folia cruda sine pane
(Marc. p. 87) corrigium numquam [illegible]
32,64. in manu circumligatur
testa ita ut electae sint
* (Marc. l. c.) quuntur et in cibo dantur
eunti dormitum in [illegible]
28,42 et in nares coicitur. in [illegible]
(om. r) digiti medii lino alligati
tionem compescunt.

## XII. Oris vitiis.

30,27. Oris saporem commend
rino cinere cum melle si
ib. 28,56. admiscent quidam marat

1 dracontei *g*, dragontee *d* (-conteae *r*, gdr: ei qui *b*. | in hoc *d*. 5 mularum. a *d quasi ex varia lectione adscripta cf. Marc.* foetebunt remediabitur si nares muli osculet derit mulieri si nares mulae basiaverit (n *discrimine Plin.*). *tit.* De distillatione *g*, A Ad stillationem narium ex humore *r*. 6 8 caninū corrigiū . . . unctū *g*: canina corrig *Marc.* corrigio canino rudi nec unquam vin tus . . . ligatus (*de can. corrigia cf. Plin.* 30, *rbm*. | sint *g*. 14 conicitur *d* (*b*). *tit* Ad oris vicium *d*. 17 emendari *drb* (*M* dari *g* (*Pl.*). 19 marati *rb* (*cf. Pl.*, maratr mariti *g*, tamarice mariti (*sic*) *d*. | Nero (quod quin *restituatur impedit* frigidâ).

Digitized by Google

... colere ora propter ...
... dicit. folia farina commanducata ...
... adversus ... et labiorum ...
... folia rubi in quo mora nascuntur ...
... generis rubi teneri pampini ...
... ex vino ad tertias idque vinum ...
... linuntur. ulcera plantaginis sucus ...
... folia eius cocta, radicesque ...
... inducitur. membrana ex ...
... rudo detracta labiorum fissuras ...
... oris halitum emendat murinus ...
... pelle dentibus infricatus. linguae ...
... labiorum hirundines ex mulso ...
... it. adeps anserinus aut gallinae ...
... dat. si ferventia os intus ex...
... continuo sanatur gargarizatione ...
nares ... adversus fetorem oris folia ...
... lentisci pari pondere et gallae ...
... nidium pondus una teri oportet ...
... vino vetusto matutino mandere ...
... bacae cum cassia et murra ...
... aspersa vino. eadem ratione ...
XII. Oris ... emendantur. hoc et ad sin...
Oris sapore ... ime, sed melius murorum domes...
cinere cum ... starii tres leni vapore decoquun...
... cent ...

... dixit d. | commanducantur (sic) g. ... commanducatione ...
... Pl. | eius om. d. 9 ... d. | ...
... 11 halitum ... om. d ...
... idem ex Pl. ...
... oris vicium emendat ad ...
16 sanatur ... Pl. ...
19 ... (cf. Pl.) ... d. ...
22 aspersa ... sed ... melius si cum ... dom. ...
... domesticorum. ... librarii eiusdem ...
... cuntur gd (unde sed ... rb). quae ... (cf. Plin., Franc. Synops ...
... interpolata sunt
25 sestarii g.

Digitized by Google

600050210E

= Gub. 181

15073 e. 50

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# PLINII SECUNDI

QUAE FERTUR

UNA CUM

# GARGILII MARTIALIS

## MEDICINA

NUNC PRIMUM EDITA

A

**VALENTINO ROSE.**

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI

1875.

151.

~~294. g. 64~~

Digitized by Google

LIPSIAE TYPIS B. G. TEUBNERI.

Digitized by Google

# PLINII SECUNDI IUNIORIS

## DE MEDICINA

### LIBRI TRES.



Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| *A.* textus genuinus (trium librorum) | g = cod. S. Galli 752 (saec. X)<br>d = cod. reg. Dresd. D. 185 (s. XII)<br>$b^m$ vel b = cod. vet. Albani Torini (marg. et text.) |
| *B.* textus recentior (quinque librorum) | r = ed. princ. Rom. 1509 fol. (Medicina Plinii), ex qua<br>b = ed. Basil. (A. Torini) 1528 fol. |

De auctore libri et scriptis codicibus uberius tractavi in dissertatione: „Ueber die Medicina Plinii“ (Hermes. Zeitschrift für classische Philologie t. VIII p. 18—66). ipsos quos nunc edo textus praeparavi absolvique a. 1871 et 1872.

Berolini a. 1874. V. R.

Digitized by Google

## Incipiunt capitula sequentis libri
*(cod. S. Gall. 752 p. 5)*

*in Med. Plin. ed. Rom. et Bas.*


I Capitis dolori . . . . . . . . . . . I,2
II Pthiriasis et porrigini id est peduculos in capite . . . . . . . . . . I,4
III Ulceribus in capite manantibus . . . I,5
IIII Alopiciis. . . . . . . . . . . . . . I,6
V Capillis denigrandis . . . . . . . . I,7
VI Auriculis. . . . . . . . . . . . . . I,9
VII Parotidibus id est farcimina quę sub auribus nascuntur. . . . . . . . . . I,13
VIII Epiforae id est ad humores oculorum infusos . . . . . . . . . . . . . . I,14
VIIII Oculis suffusis sanguine . . . . . . I,15
X Naribus . . . . . . . . . . . . . . I,26 (26 *et* 25 *Bas.*)
XI Destillatione . . . . . . . . . . . . I,28
XII Oris vitiis . . . . . . . . . . . . . I,29
XIII Dentibus . . . . . . . . . . . . . I,36
XIIII Dentioni infantium . . . . . . . . . I,42
XV Uvae . . . . . . . . . . . . . . . I,43
XVI Tussilis et faucibus . . . . . . . I,44
XVII Angine id est intra fauces farcimina quae nascuntur . . . . . . . . . . I,52
XVIII Lichenis id est inpetigines . . . . II,56
XVIIII Elefantiaci . . . . . . . . . . . . II,57
XX Ulceribus in facie manantibus . . . *ib.*
XXI Cervicibus et his qua molienda sunt I,54

| | | | |
|---|---|---|---|
| | XXII | Humeris et lateribus | I,55 |
| (23) | XXIII | Pectori | I,57 |
| | XXIIII | Tussi | I,58 |
| (24) | XXV | Sanguinem reicientibus | I,64 |
| (25) | XXVI | Vomicę | III,23 |


## Capitula libri II.


| | | | |
|---|---|---|---|
| | I | Pthisicis | I,61 |
| | II | Syntexi. percussio sanguinis aut fleumae | I,62 |
| | III | Sciaticis | II,45 |
| | IIII | Precordiorum dolori | II,15 |
| | V | Ventri molliendo | II,23 |
| | VI | Ventri sistendo | II,27 |
| | VII | Coleribus | II,25 |
| | VIII | Torminibus | II,22 |
| | VIIII | Tenesmo | II,24 |
| | X | Desyntericis et cyliacis | II,28 |
| | XI | Cyliacis tortura vel scomissiones stentinorum | II,26 *et* 33 |
| | XII | Tineis | (II,21 *Bas.*) |
| | XIII | Lieni sive spleni | (II,18 *Bas.*) |
| | XIIII | Lumborum dolori . . . . . *deest* | (II,36?) |
| (15) | XV | Sedis vitiis | *deest* |
| | XVI | Coli dolori et omnium intestinorum (XVI De coli dolore *d*) | *deest* |
| (16) | XVII | Condilomatis collectio sanguinis (XVII De vesice dolore *d*) | II,31 |
| (17) | XVIII | Vessicae dolori (XVIII De incontinenti urinę *d*) | II,39 |
| (18) | XVIIII | Incontinentię urinę (XIX De condilomatibus *d*) | II,40 |
| (19) | XX | Verendorum vitiis (XX De verendorum viciis *d*) | II,41 |
| (20) | XXI | Testibus et raminibus | II,42 |
| (21) | XXII | Inguinibus | II,43 |


Digitized by Google

(22) XXIII Ulceribus . . . . . . . . . . . . . II,48
(23) { XXIIII Cruribus et tibiis. . . . . . . . . / XXV Talorum dolori et tumori . . . . } II,49
(24) XXVI Pernionibus et vitiis pedum . . . . II,51 *et* 50
(25) XXVII Clavis et callis. . . . . . . . . . . II,52
(26) XXVIII Podagre dolori . . . . . . . . . . . III,14

## Capitula libri III.

I Ad nervos et articulos . . . . . . . . III,15
II Sanguinis ex ulceribus sistendo . . . III,21
III Ulceribus recentibus et nervis incisis III,20
IIII Ad ulcera et ad cancer quod noma vocatur . . . . . . . . . . . . . . . III,22
V Ad panas quas paniculas nos dicimus III,27
VI Ad strumas id est scrofas que nascuntur in gutture . . . . . . . . . . . . III,29
VII Ad furunculos . . . . . . . . . . . . III,32
VIII Ad carbunculum . . . . . . . . . . . III,30
VIIII Ad ambusta . . . . . . . . . . . . . III,36
X Ad morsum canis rabiosi . . . . . . . III,50
XI Ad morsum canis non rabiosi . . . . III,51
XII Ad cicatrices quibus color reddi debet III,46
XIII Ad frigore exusta . . . . . . . . . . III,37
XIIII Ad extrahenda ea quȩ in corpore fixa sunt . . . . . . . . . . . . . . . . . III,49
XV Ad quartanas . . . . . . . . . . . . . III,6
XVI Ad tertianas. . . . . . . . . . . . . . III,5
XVII Ad febres periodicas . . . . . . . . . III,3
XVIII Ad lethargios . . . . . . . . . . . . . III,7
XVIIII Ad freneticos qui sensum perdunt et qui somnum non capiunt . . . . . . . III,9
XX Ad cardiacos . . . . . . . . . . . . . III,11
XXI Ad comitialem morbum . . . . . . . . II,58
XXII Ad hydropicos . . . . . . . . . . . . III,12
XXIII Ad morbum regium . . . . . . . . . II,59

Digitized by Google

XXIIII Ad ignem sacrum . . . . . . . . . . . III,34
XXV Ad ossa fracta . . . . . . . . . . . . III,48
XXVI Ad scabiem . . . . . . . . . . . . . . III,38
XXVII Ad papulas et prurigines . . . . . . . III,39
XXVIII Ad varos . . . . . . . . . . . . . . III,41
XXVIIII Ad verrucas . . . . . . . . . . . . . III,42
XXX Ad livores et tumores . . . . . . . . . III,47
XXXI Ad paraliticos . . . . . . . . . . . . . (III,13 *Bas.*)
XXXII Psilotrum . . . . . . . . . . . . . . . III,52

XXXIII Antidotum contra venena . . . . . . . III,53
XXXIIII Contra leporem marinum et pastinacam III,54
XXXV Contra murem araneum . . . . . . . . III,55
XXXVI Sphalangium . . . . . . . . . . . . . III,56
XXXVII Serpentis et hominis morsum . . . . . III,57
XXXVIII Contra aspidem . . . . . . . . . . . III,58

Digitized by Google

Frequenter mihi in peregrinationibus accidit ut aut propter meam aut propter meorum infirmitatem varias fraudes medicorum experiscerer, quibusdam vilissima remedia ingentibus pretiis vendentibus, aliis ea quae curare nesciebant cupiditatis causa suscipientibus. quosdam vero comperi hoc genere grassari ut languores qui paucissimis diebus vel etiam horis possent repelli, in longum tempus extraherent, ut et aegros suos diu in reditu haberent saevioresque ipsis morbis existerent. quapropter necessarium mihi visum est ut undique valitudinis auxilia contraherem et velut breviario colligerem, ut quocumque venissem possem eiusmodi insidias vitare et hac fiducia ex hoc tempore iter ingredi ut sciam, si quis mihi languor inciderit, non facturos illos ex me reditum nec taxaturos occasionem.

Ante omnia autem puto in promptu habenda quae subito desiderata difficillima videntur inventu, sicut oleum vetus. quod *Plin.* 23,82.

3. v. medicorum fraudes *d*. 4 experiscerer *gdb*: -rirer *r* (*Marc.*) 5 aliis ea quae c. nesciebant *gd* (*Marc.*): aliis eas c. (aliâs c. *b*) nescientibus *rb*. 8 ut *om. rb*. 9 ut in *rb*. 10 protraherent *rb* (traherent *Marc.*) | ut et (*Marc.*): et *gdrb*. 13 ut *om. rb* (*Marc.*). 14 contraherem *gd* (-re *Marc.*): construere *rb*. | breviarium *rb* (in breviarium *Marc.*). 15 colligere *rb* (*Marc.*). | uti *rb*. 16 huiusmodi *rb*. | e. vitare insidias *d*. 17 iter *rb* (*Marc.*): *om. gd*. 18 q. languor mihi *d*. 19 ex me reditum *gd* (*Marc.*): ad me aditum *rb*. | taxaturos *gd* (*Marc.*): capturos *rb*. 22 inventu (*Marc.*): *om. gdrb*.

Digitized by Google

si ad manum non fuerit, celerrime fieri potest. defervefactum enim vel recentissimum et odorem et vires vetustissimi prae-
*Plin.* 31,67. stat. et si forte curatio exegerit aquam marinam quaeri in mediterraneo, sollicitudini locus non erit. bessis sextarii salis marini in quattuor sextarios aquae coniectus temperatum mare repraesentat, sextarius vero salsissimum. si vero plus adiciatur, exsuperat sal aquam nec liquari potest.

(*al.* 14,114.) Oxymeli faciemus duobus cyathis mellis in sextario aceti resolutis.

(31,68.) Thalassomeli quemadmodum conficiatur dicemus cum ad usum eius venerimus.

18,72—73. Opus erit aliquando et polenta, quam sic comparari oportebit. perfusum aqua hordeum nocte una siccatur. deinde in XX libris hordei adiciuntur tres librae lini seminis et coliandri selibra, salis acetabulum unum. tunc mane torretur et mola frangitur.

29,128.143. In omnibus curationibus meminerimus

3 odores *g*. 5 quaeri — erit: que in mediterraneo solo aut loco non fuerit (non erit *g*) *gd*, quae in m. s. aut loco non erit solicitudini causa tolletur *rb*. *cf. Marc.* et si f. c. exegerit aquam m. in mediterraneo quaeri, sollicitudini locus non erit, si ita prospiciatur. 6 bessis ($^2/_3$) sestarii s. m. *g*: bessis sextarius s. m. *d* (octoni cyathi *Plin.*). sextario enim salis et semis *r* (sextario s. et s. *b*). *cf. Marc.* duo enim salis sextarii. 7 coniectus *g*, -tos *d*: coniecto *rb*. 8 Sextario vero salis et semi si plus adic. *rb*. 11 oximelli *g*, oximelle *d* (*sic fere semper*). *ceterum cf. Marc.* (addito pulegio et salis modico). 12 sextario .1. aceti *d* (iaceti cod. Lugd. *sed* i *linea transversa postea deletum in versus initio*). 13 Thalassomelli *g*, Talassā melle (*sic*) *d*. 14 ad eius usum *d*. 16 oportebit *g*: -tet *drb*. 17 nocte una *g*: nocte. 1. *d*. 18 libris *gd*: libras *rb* (ad xx libras *Marc.*). 19 coliandri *g*: coriandri *drb*. | c. selibra (*Marc.*, *Plin.*): c. silibra *g*, c. seminis libra una *rb*, c. libra i *d*. | acitabulum *gd*. 20 torretur *grb* (*Marc.*, *Plin.*): teritur *d*.

Digitized by Google

utilissimum esse mel in quo apes mortuae sint. quo uti si continget, affectandum erit.

Lanam sucidam aeque meminerimus optimam esse e collo. 29,33.

Iubemur in quibusdam remediis uti cinere vel avium vel animalium aliarumque rerum. omnia huius generis debebunt cremari in olla nova, addito operculo circumlitoque argilla, in furno ferventi. *

Omnibus gargarizationibus calidis utemur. *

Oportet et pondera medicinalia mensurasque nosse. drachma tres scripulos habet. drachma pondus est denarii argentei, obolus drachmae pars sexta. cyathus drachmae X, acetabulum drachmae XV, cocleare drachma dimidia, mina drachmae C. sextarius medicinalis habet uncias X. 21,185.

Haec sunt fere quae in universitatem observanda sunt. nunc singulis membris sua remedia applicabimus. procedente opusculo tertianis quartanis et huiusmodi malis quemadmodum occurratur, sicut in notitiam nostram venit, tractabimus. incipiemus ergo a capite.

1 utilissimum *rb* (*Plin.*): utile *d*, utillimum (*sic*) *g*. 2 sunt *gdrb*. | quo *grb*: quod *d*. | contingit effectuosissimum erit, ad lanam succidandam. Aeque *etc.* *rb*. 3 optimam esse collo *gd* (*cf. Marc.*), optimum esse collyrio *r* (o. e. uti collyrio *b*). 5 iubemur *g*: iubemus *d* (iubebimus *rb*). 7 h. generis *g*: huiusmodi *d* (huiusmodi generis *rb*). | debebunt *grb*: debent *d*. 8 circumlitoque *gdr*: circumlinitaque *b* (*cf. Garg. c.* 41). 9 in — ferventi *gd* (*cf. Marc.*): *om.* *rb*. 12 nosse *gd*: nosce *r* (nosci *b*). | dragma *gd* (*item in seqq.*) | *post* habet *haec infert* *rb*: In alio codice medicinali (c. de arte medica *b*) legi ita. Drachma est pondus *etc.* 14 sexta *grb*: tercia (ex III. *pro* VI.) *d*. 14—16 drachmae (dragme *g*) *grb*: dragmas *d*. 15 acitabulum *gd*. | dragmam dimidiam *d*. 16 dragm̄ *d*. sextarius — x: *haec aliunde. praeterea addit rb:* hemina drachmas. v. 18 universitatem (-tē) *g*: -te *drb*. 21 et quartanis *drb*. 23 incipiemus ergo (igitur *d*) a capite *gd*: orsi a capite eiusque malis *rb* (*ex Plin.* 25,132).

Digitized by Google

# Liber primus.

## I. Capitis dolori.

20,45. Capitis dolor levatur si de porri sectivi
suco coclearia duo et unum mellis permixta
⟨ituro dormitum⟩ infundantur vel in nares
20,69. vel in auriculas. veteres dolores et verti-
gines betae nigrae suco temporibus inlinito
20,73. emendantur. in dolore utilissimum est caput
ungui suco intibi ⟨cum rosacio et aceto.
⟨20,121⟩ ocimum⟩ cum rosacio aut myrtino aut aceto
20,135. fronti imponitur. ruta ex vino bibitur, et
tritae sucus instillatur capiti cum aceto aut
20,152. rosacio. corona de puleio prodest imposita.
* (*Marc.* p. 36.) pollinem siliginis admixto ovi albo, simul
et quiddam salis albi conspergi oportet
frontique inlini, et super fascia pedalis alli-
20,190. getur. anesum ita uti de horto sublatum est

*tit.* De capitis dolore *g*, Ad capitis dolorem *d*. 2 mellis *gb*: melli *d*. | permixta infundantur (*cf. Marc.*): permixtum infundatur (*sic*) *gdb*. 3 ⟨ituro dormitum⟩ *addendum esse docet Marc.* | vel. 1. in nares. vel alterum in aur. *d* (*non g*). 5 inlinito *g*, illinito *d*. 6 utilissimum *grb*: utile *d*. 7 intibi *g*: intubi *db*. | *verba uncis inclusa addidi propter Marc. p.* 36. | rosacio (*et sic semper*) *g*: -ceo *db*. | aut (cum *d*) aceto f. *g*: aut acetum f. *rb*. 10 cum aceto † aut rosacea corona de pulegio, prodest imp. *b* (*propter r*, *ubi sic* cum aceto aut rosaceo. rosacea etiam corona et de puleio p. i. *sed. cf. Plin.*) 12 pollinem *grb*: -ne *d*. | siligines *g*. | simul et q. *grb*: simul q. *d*. 13 conspargi *gb*. 14 fascia (facia *d*) pedalis (pedali *b*) alligetur *gd* (fasciam pedalem alligas *r*). 15 anesum *Pl.* (*Diosc.*): anetum *gdrb et Marc.* | ita *g*: *om. drb*.

Digitized by Google

decoquitur ex oleo, et suco eius dolor ung-
uitur. serpyllum decoctum in aceto inlinitur 20,246.
fronti et temporibus. et si difficilis somnus 23,85.
sit, amygdalino oleo caput perungui oportet.
tempora in dolore alio elixo inlinuntur. nu- 20,54. 23,132.
cleorum persici farina cum melle et aceto
capiti inlinitur. nuclei amygdalini triti fronti 23,144.
utiliter imponuntur, etiam in febre. bacae 23,156.
lauri impari numero in oleo contritae ca-
piti instillantur. si a sole doleat, cupressi 24,15.
folia contrita cum polenta imponuntur. he- 24,75.
derae folia mollissima quaeque trita cum
aceto et rosacio adversum omnem dolorem
fronti inlinuntur. herba quae in capite 24,170.
statuae nascitur collecta in alicuius vestis
panno et lino rufo inligata confestim dolo-
rem sedat. panacis radix in oleo conteritur 25,134.
et caput perunguitur. veratrum in rosacio 25,139.
decoctum et contritum capiti instillatur.
peucedano ex oleo et aceto trito hemicraniae *ib.*
unguntur. ossa de capite vulturis sub collo 29,112.
alligari prodest. gallinaceus pullus inclusus 29,113.
abstinetur nocte ac die, sed et is qui languet,
deinde eius gallinacei vel plumae vel crista
alligatur collo dolentis. surculus ex nido *ib.*
milvi pulvino subditur nesciente aegro. mu- *ib.*

2 serpullum *g* (-pillum *d*). 4 perungi *d*, perungueri *g*. 5 alio *g*: allio *d* (*et sic semper*). | inlinuntur *g* (inliniuntur *rb*): illiniunt *d*. | nuculeorum *g*. 6 melle (*sic et Marc.*): oleo *Pl.* 7 nuculei *g*. 14 illiniuntur *drb*. 18 veratrum *gd*: veretrum *rb*. *cf. Torin. in marg.* 19 c. distillatur *g*. 20 peucedano (*Pl.*): Rucedano *gdb* (piganum ... emigraneae illigas *alio loco r. unde b*[m]). | emigrania unguntur (ungunt *d*) *gd*, hemicraniae inungantur *b*. 23 abstinetur *g* (*Marc.*, *cf. Pl.*): abstineat *d*, abstinet *rb*. | ac: et *g*. 24 crista alligatur *gd*: cristae alligantur *rb* (*Pl.*), pluma vel crista alligatur *Marc.* 25 dolentis *grb et Marc.*: patientis *d*. 26 nescienti *gb*. | murinarum (*Pl.*): murenarum *gdrb* (*Marc.*)

rinarum pellium cinis ex aceto fronti in-
29,114. linitur. cocleae matutino se pascenti caput
harundine praeciditur et in linteolo licio
*ib.* alligatur colloque suspenditur. fracto capiti
tela araneae imposita ex oleo et aceto, non
28,166. recedit nisi sanet dolorem. aqua pota quae
superfuit de bovis aut asini potione reme-
*ib.* diat si ter potetur. cervini cornus cinis
inlitus ex aceto et rosacio prodest.

### II. Pthiriasi et porrigini.

Pthiriasis porriginesque plerumque in
perniciem solent convertere. quibus suc-
20,102. currendum est. perunguntur itaque bul-
*ib.* bis tritis ex vino. item sulphure ex vino.
24,18. 20,53. item per se ex cedro inlinuntur. alium cum
24,188. aceto et nitro tritum infricatur. farina feni
graeci cum vino et nitro porriginem purgat,
24,185. 25,133. et furfures ex aceto. idem praestat radix
veratri in oleo decocta trita suffusaque.
25,136. hysopum ex oleo tritum et instillatum ca-
29,47. piti pthiriasi medetur et pruritibus. ova

2 cocleae: coctae *codd. Plin.* (*emend. Harduin.*) (matutinum rorem pascenti *Marc., e coniect. editoris?*). 3 harudine *g*, arundine *db*. 5 araneę *gd*: aranea *rb*, -nei *Marc.* (*Pl.*) | ex aceto et oleo *d*. 7 superfuit de potione *grb*: superfluit bobus aut asinis. potione *d* (*cf. Marc. p.* 35 „reliquias bovis potantis". *Th. Prisc. IV p.* 81[b]). | remediat *gd:* remedeatur *b* (remedia prestat *r*). 8 si ter potetur *grb*: *om. d*. 9 et *gdrb*: aut *Pl.* *tit.* De ptiriasi et porrigine id. ē. peduculis in capite *g*, Ad thiriasos et prurigines *d* (porrigines *r et Marc.*). 10 Ptbiriasis et porrigines *g*, Tyriasi et prurigines *d* (pthiriasi et porrigini *b*), Ad ptyriam (ptyrias *id. in tit. cap.*) et porrigines et pruritus *r* (Pityriasin et porrigenes capitis quae pl. *etc. Marc.*). quae (quę *g*, que *d*) *rb* (quae se *r cf. M*). 11 quibus *gd*: summa cura *r*, sic *b* (se convertunt nisi occurratur *M.*) 12 itaque *gd: om. rb*. 14 ex cedro: cedria *M*. | illiniuntur *db*. 15 feni graeci (*Pl.*): feniculi *gdrb* (*M*). 16 porriginem *g* (porrigines p. *r*, porrigines expurgat *M*): pruriginem *d*. 19 capiti *gd*: capitis *rb*. 20 ptiriasi *d*: pthiriasis *g*. | proritibus *g*.

Digitized by Google

ex vino et oleo cyprino et cedria pruritus
scabiemque tollunt. porrigines discutiuntur 29,111.
felle ovillo inlito cum creta cimolia donec
inarescat. lendes et alia capitis tetra ani- 31,65.
malia quae nocent lotione aquae marinae
necantur. item si inlinatur samia terra cum 31,117.
nitro et oleo. nitrum alumini mixtum ca- 31,122.
piti infrictum porrigines tollit.

### III. Ulceribus in capite manantibus.

Ulcera in capite manantia tamquam
proprio morbo praecipue infantibus nascun-
tur, sed et viros et mulieres cum ceperint
graviter infestant. quae fota urina tauri 28,164.
efficacissime sanantur. vitulino felle cum *ib.*
aceto tepefacto inlinuntur. sevum vituli 28,165.
cum sale utilissimum est. testarum muricum 32,68.
purpurarumve cinere ex melle inlinuntur.
alium cum sua reste comburitur cinisque 20,51.
eius ex oleo imponitur. menta trita et 20,148.
apposita siccat. oleum amygdalinum cum 23,85.
vino expurgat. galbanum inlinitur ex melle. 24,21.
folia rubi in quo mora nascuntur contrita 24,118.

1 vino et *om. d.* | cedria (*r M*, *Pl.*): cedro *gdb* (elixa *add. b*). 2 porrigines *grb*$^m$ (*Pl.*): prurigines *db* (*M*). 3 creta: terra *b*$^m$. 4 inarescat *sc.* caput (*Pl.*) | lendes *db*: lindites *g*, lintides *b*$^m$. | a. tetra animalia capitis *d.* 6 illiniatur *d* (illinatur *b*). 8 infrictum *gb*: infricatum *d.* | porrigines *gr* (*Pl.*): prurigines *d* (*M*). *tit.* De ulceribus i. c. manantibus *g*, Ad ulcera i. c. manantia *d.* 10 proprio morbo *gd*: proprius morbus *rb* (*M*) | in infantibus *b* (*solus*). 11 cum *gd*: si *rb.* | ceperint (*d*): coeperint *grb.* 12 fota urina tauri *gdb*$^m$ (*Pl.*): felle taurino *rb* (*M*). 14 *post* illiniuntur (*sic*) *ex c.* 1 *haec repetit d*: Item prurigines discutiuntur felle ovillo illito cum creta cimolia donec inarescat. 16 *m*[illegible] vel purpurarum *r M* (muricumve purpurarum *b*). 17 reste *gd* (*Pl.*): veste *rb* (*M*). 18 contrita *rb.* 20 [illegible] vino [illegible] *rb* (*M*, *non Plin.*) | ex: cum *rb* (*Pl.*). 21 [illegible]

34,121. imponuntur. misy tritum cum vino in lana
20,224. superponitur. malva macerata in urina
humana et trita imposita valde desiccat.

* (*Marc. p.* 40.) Omnia autem capitis ulcera cum purgata sunt iucundissime ad cicatricem perducuntur hoc ceroto. spumae argenti tunsae et cribratae selibra, cerussae libra una teruntur, et cerae albae e libra olei rosacii remittuntur et refrigerantur, deinde raditur et miscetur cum spuma et cerussa, adiciuntur ovorum quattuor lutea cruda. prodest et resinae pituinae libra mixta cum cerae albae selibra et in oleo decocta, ita ut in acopi modo perunguatur pistillo mixtum.

## IV. Alopeciis.

(*Marc. p.* 46.) Alopeciae magnam foeditatem afferunt et propter hoc servorum pretia diminuuntur. itaque necessarium est eas quoque emen-
29,109. dare. quae celerrime complentur pellium

1 misum *d*, mysum *gb* (*om. r*). 2 macerata *db*[m]: erratica *rb* (*M*) 3 desiccat *gb*: siccat *d*. 4 Omnia. k. capitis *d*. *ubi male* k *est pro anglosaxonico vocis* autem — *sic Marc. cum g — compendio, quod non intellexit scriptor codicis, omisit Torinus* (*b*) *cum r. cf. praef. ad Vitruvium meum p.* VI *not.* 5 cicatricem *gd*: -ces *rb* (*M*) | perducuntur hoc ceroto *gb*: ducit. Hoc ceroto *d* (perducit hoc cerotum *r*, perducuntur sic *Marc.*) 7 selibra *M*: libra (*sine num. gd*, libra una *rb*). 8 cere (-rę *g*) albe libra *gd* (*addidi* e). *haec sic habet r* (*unde b*): et c. a. tantundem ex olei rosati libra una remittis et dimittis refrigerare (*al. M*). rosei *d*. 11—14 prodest—mixtum *gd et b*[m] (*nisi quod hic* cum cerae albo libra, *deinde* ocopi *legit Tor.*): Item resinae pictumae librae sex. cęrae albae unciae sex in oleo decoquuntur ita ut pistillo misceantur et ocopi modo pungantur *r* (*unde b*). 12 cere albe selibra *g*, c. a. si libra *d*.
*tit.* De alopiciis *g*, De allopiciis curandis *d*. 15 Alopicie *g*, Allopicie *d*. 16 hoc *gd*: hanc *rb*. 17 itaque *om. rb* (necessariumque *r*). 18 complentur *gd* (explet *Pl.*): emendantur *rb* (*Marc. p.* 46).

Digitized by Google

viperinarum cinere sparso. nasturtium cum 20,129.
sinape tritum impositum emendat. cydonea 23,101.
cocta ex vino et cum cera trita inlita ca-
pillos restituunt. roboris pilulae cum adipe 24,13.
ursina tritae emendant. glandis faginae cinis 24,14. *
cum melle et oleo cyprio inlinitur. cinis 29,106.
ungularum muli vel mulae ex oleo myrteo, *ib.*
cinis murium impressus, cinis erinacei re- 29,107.
cens cum pice liquida. gallinacei recens 29,109.
fimum inlinitur. sandaraca ex aceto. flu- 34,177. (28,166.)
entem capillum continet leporinus cinis cum *
oleo myrteo. fel taurinum cum aegyptio 28,166.
alumine tepefactum inlinitur.

**V. Capillis denigrandis.**

Potest videri supervacuum inter remedia corporis ponere ea quae ad decorem pertinent. sed quosdam pudet aut ipsos rubeos esse, aut intantum luxuriae indulgent ut deliciae eorum inter se dissentiant volentium in pueris rufos capillos, in viris recusantium.

1 viperinarum *Pl.*, viperarum *rb* (*M*): vulpinarum *gdb*[m]. 2 sinape *gd*: sinapi *rb*. 2—5 cydonia—emendant *om. d.* 2 cydonea *g*: cydonia *b* (citoma *r*). 3 cum *om. g.* | et illita *db*. 5 ursina *g*: -no *db* (*Pl.*) 6 oleo cyprino (*sic d*, cypreo *g*, cedrino *rb*) *om. Pl.* (*Marc.*). *pertinet sc. ad loc. seq. ex Pl.* 29,106 *de fimo pecudis*: fimi nihilominus pecudis cinis ung. *etc. r*, *quem om. gd* (*M*, *ubi* inlinitur cinis ungularum...). 7 muli vel mulae *g* (*Marc.*, *Pl.*): mule vel muli *drb*. | myrteo *g* (*Pl.*): mirtino *d*, myrtino *rb*. 8 muricum sparsus *rb*. *haec post herinacei cin. habet d.* | erinacii *g*, herinacei *d*. 9 gallinarum *Pl.* (-nacii *g*). | recens *om. rb*. 10 fimum *g* (*Pl.*): fimus *drb*. | in(l)linitur *gd*: illitus replet *rb* (*ex Pl.*). | fluentes capillos contegit *rb*. *hic male distinguendo erravit epitomator, cf. Plin.* 28,166 (*item male coniungendo librarius qui scr.* Sandaraca ... continet. Leporis ...). 11 leporinus *rb* (*Pl.*): leporis *gd*.
*tit.* De capillis denigrandis *g*, Ad capillos denigrandos *d*. 16 s. pudet quosdam *d*. 18 intersedisse sentiant *d*. | volentum *d*.

Digitized by Google

Quemadmodum denigrentur monstrabi-
29,109. mus. ovum corvinum in aeneo vase permi-
scetur, deinde raso capite in umbra in-
linitur. habere debet in ore oleum is qui
curabitur donec siccescat ovum, ne ei
dentes denigrescant. quarto die abluitur.
32,68. sextarius sanguisugarum in duobus sextariis
aceti diebus XL maceratur ex oleo tritus,
deraso capiti in umbra inlinitur. dum sicce-
scat, sicut superius praediximus, in ore
22,153. oleum tenendum est. siliquae ervi *prius*
quam exarescant numero L cum suis foliis
et caulibus conteruntur et capiti raso in-
24,15. linuntur. folia cupressi trita ex aceto effi-
24,26. ciunt ut capilli nigri renascantur. spondylio
peruncti crispi fiunt.

Operae pretium est is qui erubescunt
senes videri succurrere et si canos suos
inficere volunt, tamquam annos detracturi
30,134 sint hoc nomine aetati, vermium terre-
norum cinerem adiciant in oleo quo caput
perunguant.

## VI. Auriculis.

Proxima mihi videtur cura aurium, quae
acutissimum dolorem inferunt simul ut passae

2 aereo *Pl.* | oleo permiscetur *rb. cf. Pl.* (*K*). 3 capite *grb*: capiti *d* (*et* $g^c$). 5 siccescat *grb*: siccetur *d*. 6 ni grescant *rb.* | abluatur *rb.* 7 sanguissugarum *gd.* | duo bus *g*: II *d.* 8 XL *gdrb*: (*et Marc.*): LX *Pl.* 9 capiti *gdb* capite *r.* | siccescat *grb:* siccatur *d.* 10 p̄diximus *grb* diximus *d.* 11 ervi *gd* (*Pl.*): erucae *rb*, erutae $b^m$. | prius quam — L *om. rb.* 12 numero L *om. Pl. et Marc.* 13 con terentur *rb.* | capiti *gdb*: capite *r.* | raso *om. d.* | illiniuntur (-nientur *rb*). 15 spondilio *d* (spodilio *rb*): spondilo *g.* 17 is *d*: his *grb.* 18 senes esse *rb.* | si: sic *g.* 21 ad ciunt *rb.* in oleo — perungatur *om. rb.* 22 perunguant *g* -gatur *d.* 23 De auriculis *g*, Ad auriculas *d.*

Digitized by Google

sunt vel minimam offensam. scio certe quosdam medicos huius curationis sibi summam scientiam vindicasse et magnas mercedes poposcisse cum adversus morbos aurium unum aut alterum nossent remedium. nos multa proferimus, ut cum res exegerit possimus uti, cum ex is aliqua occurrerint.

Gari excellentis cyathus, aceti cyathus, 32,78.
unus mellis cyathus et dimidius: in calice
novo sensim decoquitur, spuma subinde
penna tollitur, et cum spuma resederit,
removetur et ex eo tepidum infunditur.
ad omnes infusiones auriculae conchyliata 32,77.
lana obturandae sunt. ranarum adeps re- 32,78.
missus instillatus dolorem statim tollit. si
tument aures suco coliandri mitigandae sunt
prius. sucus hederae tepidus cum vino in- 24,77.
stillatur. mel cum rosacio inditur. mel cum 22,108.
rosacio et manna turis ad instar coclearii *
adiciuntur. hoc et vulnera sanat et umores
exsiccat. parum audientes utiliter acetum 23,59.
gargarizant. auricularum fracturis medentur 20,104.
bulbi triti et appositi et quinto die soluti.
foliorum rubi in quo mora nascuntur sucus 24,119.
tepidus instillatur. fel pecudis cum melle 29,133.
aures purgat. canini lactis instillatio sedat *ib.*

3 vendicasse *drb*. 6 exierit (*sic*) *g*. 7 is *d*: his *grb*. 8 cyatū *g*, ci[t]atus *d*, cyathus I *rb*. 9 (cyatus) unus *g*, I *drb*. *coniunxi cum seq.* 10 subinde ats prima (prima *b*[m]) penna tollitur (*sic alia lectione in ipso textu adiecta*) *r*. 11 recesserit *rb*. 12 removetur (*sc.* ab igne, *ut M. p.* 75 *sup.*): renovetur *d* (*om. Marc. p.* 75 *med. eadem al. p.* 77. 82). 13 conchiliata *d*, conquiliata *g* (sed mox conquiliata *rb*). 16 coliandri *g*: coriandri *drb*. | sunt. Prius *d*, sunt, sed prius *rb*. 17 cum oleo *Pl.* 18 mel c. r. i. m. c. r. et manna *grb* (*nisi quod* melque *rb*): mel rosaceum et manna (*sic eiectis quae male repetita viderentur*) *d*. 19 cocleari *d*. 20 humores *grb*: umores *d*. 23 pulbi *g*. | v. die *d*.

*ib.* dolorem. gravitatem aurium adeps remissus
cum absinthio trito, cum oleo infusus emen-
29,134. dat. murium cinis cum melle instillatus
*ib.* inhibet dolorem. si aliquod animal intravit
praecipuum est remedium murium fel aceto
*ib.* dilutum instillare. si aqua fugiat, adeps
anserinus cum cepae suco inlinitur. de-
plorata autem aurium vitia sic sanantur.
29,135. gliri detrahitur pellis et intestina eiusdem
decoquuntur in vase novo cum mellis he-
minis tribus usque ad tertias atque ita ad-
servatur, et cum opus est strigle medica-
*ib.* mentum tepefactum infunditur. valde lau-
dantur et terreni vermes cum anseris adipe
29,137. cocti et instillati. verberatis auribus cocleae,
quae in usu sunt cibi, apponuntur tritae
*ib.* cum mirra et ture. cocleae minutae latae
*ib.* tritae fracturis aurium inlinuntur. senectus
serpentis ferventi testa usta et contrita in-
stillatur ex oleo rosacio contra aurium vitia
omnia sed praecipue graveolentiam, et si
purulentae sint aures melius ex aceto et
felle caprino vel bubulino. haec senectus
29,139. post annum vires non habet. membranae
ex ventre gallinaceo quae proiciuntur ex
vino tritae, et adeps gallinarum tepefacta
29,139—140. infunduntur. blattae sine capite et pedibus

4 intravit *grb*: -verit *d*. 5 fel *om. d*. 6 fugiat et adipe anserino *gd*: intraverit adeps anserinus *rb* (*Pl.*). 9 Cliri *g*. | detrahetur *gd*. 10 cum m. heminis (eminis *gd*) tribus (*sic et Marc. p.* 82 *inf.*): cum melle *Pl.* 12 striglę (e) *gd*: strigili *rb* (*M, Pl.*). 14 adipe anseris *d*. 17 latę *g*: lacte *d*, et late (lare *b*) *rb* (*Pl.*). 20 contra aurium *rb* (*Pl.*): contrita (c̄tta *g*) *gd*. 21 grave olentia *d*, gravē olentiā *r*. 23 vel *Pl.*: et *gdrb*. | bubalino *d*, bubulo *rb* (*Pl.*). 24 Membrana *g*. 26 tritae *rb* (*Pl.*): trita *gd*. | et adeps (*Pl. cf. Marc. p.* 81): et adipe *gdrb*. | tepefacta *gd*: -tae *rb*. 27 Blitte *d*.

Digitized by Google

t alis tritae in linteolo contusis auribus
nponuntur. nitrum ex vino liquatum pu- 31,117.
ulentis auribus medetur. sonitus et tinni- *ib.*
us discutit nitrum tritum et siccum in-
parsum . . . ex rosacio tepido et auribus *
nmissum. purulentis auribus infunditur 28,173.
el tauri cum porri sectivi suco. si gravi- 28,174.
as sit aurium, eodem felle cum lacte mu-
iebri perluendae sunt. equini fimi cinis *ib.*
um rosacio instillatur. sevum vituli cum 28,175.
dipe anseris et ocimi suco, fel taurinum 28,176.
el caprinum cum rosacio tepido auribus
nditur. omnibus quae inmittuntur tepidis 28,174.
tendum est. urina apri tepida infunditur: 28,173.
d hos usus servatur in vitreo vase. si 28,60.
qua intraverit in auriculam dextram, si-
nistro pede desultare oportet capite in
lextrum humerum inclinato, si in sinistram,
x diverso. si quod animal intraverit et 28,37.
nspuatur in aurem, exire creditur.

## VII. Parotidibus.

Raro medici parotidibus curationem non
levocant ad scalpellum, cum et reprimi

1 trite in lintheolo *d* (*Pl.*): tritę inlitę in linteolo *g*, tritae
t illitae linteolo *rb* (inlitae *itaque ex dupl. lect. natum sua*
*oniectura eiecit d*). 4 insparsum ex *g* (sparsum *rb*): expressum
x *d*. *in loco corrupto lacunam significavi.* 5 tepidū *d*. |
t in auribus *gd* (in *om.* *rb*). 6 prurulentis *d*. 7 gravida *d*.
perluendae *grb* (*Pl.*): perliniende *d*. 11 occimi *d*. 13 in-
litur *grb*: instillatur *d*. 17 desultare *grb*: dissultare *d*
exsultare *Pl.*) | in dextro humero *d*. 18 si in sinistram:
Si sinistram (-trā *dr*) *drb*, Sinistrā (*om.* si) *g*. 19 et *grb*:
*m.* *d*. *tit.* De parotidibus id est farcimina quę sub auribus
nascuntur *g*, Ad parotidas id est farcimina *d*. 21 parotidibus
*gd*: -tidum *rb*. 22 ad scalpellum *gdb^m*: a scalpello *rb*. |
um et *g*: et cum *d*, cum (*om.* et) *rb*.



Digitized by Google

possint et si res exegerit aperiri molliori
20,95. curatione. reprimit eas radicis brassicae
22,154. cinis cum melle inlitus. lupini ex aceto
* (*Marc. p.* 107. cocti tritique discutiunt. vitium cinis cum
*cf.* 23,6.) cera et resina paribus ponderibus impo-
32,78. sita desiccant. apponitur muricum testa-
rum cinis cum melle vel conchyliorum ex
32,88. mulso. sepiae ossa cum axungia vetere
20,249. tusa medentur. lini semen tusum cum
23,122. melle mixtum mitigat. ficus siccae decoctae
29,143. ex vino tritae adhibentur. comprimit eas
fimus columbinus cum farina hordeacea ex
*ib.* melle. noctuae cerebrum vel iecur cum
oleo tepido infunditur auriculae a parotide.
*ib.* multipedae cum resinae parte tertia in-
35,195. linuntur. creta cimolia ex aceto siccat.
25,164. plantago cum axungia vetere persanat.
28,177. ursinus adeps conteritur cum sevi tau-
*ib.* rini pari pondere et cerae. fimo caprae
* cum axungia inlinuntur. caput viperae in
(*Marc. p.* 108 linteolo involutum et faucibus alligatum
*inf.*) sanat.

1 exigerit *g.* exigat adaperiri *rb.* | molliori curatione (ratione *r*) *gd*: colliri ratione *b* (curatione $b^{m}$). 2 radicum *rb.* 3 illitus *rb*, illinitus *d.* 4 decocti *rb.* | tritique *g*: et triti *drb.* | discutiunt. Vitium (Viciarum *d*) cinis cum cera *gd*: discutiunt vitium. et item cinis cum creta cymolia *r* (*unde b*). 5 pari pondere exiccat *rb.* 7 cum condito ex mulso $b^{m}$ (*sol.*). | conciliorum *g*, conchiliorum *d.* 8 mulsa *rb.* 9 contu(n)sa *rb* (*Pl.*) 10 ficus sicca et vino cocta et trita adiuvat *rb.* 14 tepidum *d.* | a parotide *Pl.*: parotidi *g*, parotide (*ad seq. trahit d*) *db.* 15 multipedę *g*: -des *d.* multipeda (*Pl.*) . . . illinitur *rb.* | resina *rb.* 16 cymolia *g.* | ex aceto siccat *gdb*$^{m}$: exiccat *rb.* 18 sevi taurini *gb* (*Pl.*): sevo taurino *d.* sevo taurino et cera p. p. similibus *r.* 19 et cerę *g*: et cera *dr*, *om. b.* | fimo *gd*: et fimus *rb.* 20 inlinuntur *g*: illiniuntur *d*, illinitur *b* (illitus *r*). 22 *cf. Marc. l. c.* (tolles optime sanat).

Digitized by Google

### VIII. Epiforae.

Cocleae sine putamine tritae inlitae *
ronti cum turis polline validissime prosunt.
umores oculorum sedat mulsum tepidum 31,125.
n penicillo super impositum. corticis se- 32,71.
iae farina in epifora ex lacte mulieris
ircumlinitur. caro peponis mirifice refri- 20,11 (*om. rb*)
erat. alba beta trita fronti imponitur. 20,70.
undem effectum habent bulbi triti oculis 20,103.
npositi. apio viridi trito cum pane oculi 20,112.
eguntur. ocimo ex vino optimo trito cir- 20,121.
umlinuntur. ruta cum polenta contrita et 20,135.
nposita lenit dolorem. aneti radix in vino 20,196.
ita inlinitur. papaveris cauliculus vel 20,209.
ccus vel viridis cum suo fructu tritus
nponitur. lini semen cum ture ex aqua 20,249.
ısum circumlinitur. siliginis grana in ferro 22,119.
)sta et ex vino trita circumlinuntur. item 22,142.
nticula cum cydoneis cocta et una trita
lhibetur. lentisci tenera folia contrita et 24,42.
onti imposita epiforam suspendunt. man- 25,147.
ragorae radices tusae cum rosacio ex vino
itae circumligatae epiforam sanant et do-

*tit.* De epiforę id ē ad humores oculorū infusos *g*, Ad epi-
horas *d*. 1 inlitae fronti *g*: fronti illitae *b*, illitę (*om.* fronti) *d*.
4 in *om. b* (*non r*). | panniculo *b*[m]. | super oculos imp. *rb*.
epiphoris *rb* (*hoc* ad tumorem oc. et ruborem *est sec. Pl.*).
m. oculus (-lis *b*) circumlinitur *r*. 10 ocimum — tritum oculis
rcumlinitur *rb*. 11 cum *gd* (*Pl.*): in *rb*. | contrita *grb*:
ita *d*. 12 in *gd*: ex *rb* (*Pl.*). 13 caliculus *g*. | cauli-
lus ... cum s. fructu: caput *Pl.* | cauliculi sicci — triti impo-
ıntur *rb*. 16 in ferro tosta: combusta *Pl.* 17 tosta et
: vino *rb*: tostata ex vino *g*, tosta et vino *d*. 18 cydoneis *g*,
doneis *d* (-niis *b*[m]): cothoniis *rb* (*Pl.*). | et una (uná *g*[c]) *grb*:
vino *d*. 19 adhibetur: adhibentur (*sic*) *gd*, adiuvat *rb*. |
neri *d*. 20 epiphoras *rb*. *cf. Plin.* oculis inflammatis in-
ıuntur. 22 et circumligatae *d*. | epiphoras *rb*. | e. s. ac
cumligatae dolorem illico sedant *b* (m. radix tunsa c. r. et ex
trita epiforas sanat et tollit dolorem *r*).

Digitized by Google

25,153. lorem statim sedant. folia cicutae trita et
ita fronti imposita epiforam et tumorem et
dolorem tollunt. anacollema hoc modo fieri
29,39. solet: lana non curata cum albo ovi et
*ib.* turis polline fronti applicatur. ovi album
oculis infusum epiforas sedat et uredines
29,42. mitigat et refrigerationem praestat. lutea
ovorum ex rosacio et mulso in lana super
28,169. oculos imponuntur. caseo molli caprino ex
aqua ferventi imposito epiforae sedantur.
28,172. fimus caprinus ex melle oculis inlinitur.
*ib.* vulpinam linguam habentem in armilla lippiturum negant.

## VIIII. Oculis suffusis sanguine.

29,126. Sanguis instillatur columbae vel palumbi
*ib.* vel perdicis vel turturis. superimponi debet splenium ex melle coctum lanaque
20,142. sucida ex oleo aut vino. radix rutae inlita
(*om. br*) emendat.

1 tritę ita *g.* 2 ita *om. rb.* | epiphoras et dolorem et tumorem *rb.* 3 anacollima *gd.* 4 non curata *g*: incurata *d* (*i. e.* radiculâ non curata *Pl.*), carminata *rb*, carpicata (*sic*) $b^m$. 6 sedat *db*: curat $b^m$ (*r*). | uridines *g.* 7 refrigerationē *g*: -nes *drb.* | *post* praestat *quae seq. in b* (Ut autem cicatrices de oculis tollas *etc. addita sunt ex r, ut et antea quaedam ab initio capituli et post* epif. suspendunt). 8 ex: cum *rb* (*Pl.*). 10 et ferventi aqua supposito *rb* (imposito $b^m$). 11 ex *gd* (*Pl.*): cum *rb.* 12 lipturam (*sic*) *g.* *tit.* Ad oculos suffusos sanguine *d.* 14 Sanguis instillatus columbe (columbe inst. *d*, distillatus columbae $b^m$). vel palumbi v. p. v. t. s. debet $gdb^m$ (*aliter r*: Sanguis columbinus instillatur. Perdicis vero et turturis superimponi debet. Lana succida ex oleo et vino. *rel. om.*, *unde b*). | instillatur: -tus *gd* (*qui et ipsi praecedentibus male coniungunt* super imponi debet). 16 Splen ... coctus *gd.* 17 aut *g*: et *d* (*ac Pl.*). | et radix *g.* | inlitae *g.*

Digitized by Google

**X. Naribus.**

Plerumque evenit ut ex naribus is mo- (*Scrib. Larg.*
dus sanguinis profluat qui nisi reprimatur 46)
afferat mortem, neque aliter exiliat quam
solet e vena percussa erumpere. occur-
rendum est itaque velocissimo periculo et
magno impetu et subito saevienti. in hoc 20,44.
igitur casu porro sectivo trito nares obtu-
rantur. ruta trita aeque reprimit naribus 20,137.
indita. eodem modo et radice urticae uten- 22,32.
dum est. ⟨sucus urticae fronti inlinitur.⟩ 22,36.
lana sucida ⟨in nares coicitur⟩ cum oleo 29,31.
rosacio et auriculae lana sucida spisse obtu-
rantur, et ita sanguis continetur. coagulum 30,112.
agninum mirifice facit ex aqua subactum
et infusum. adeps anserinus cum butyri *ib.*
pari pondere ingeritur pastillis. prosunt *ib.*
cocleae contritae et fronti inlitae.

Graveolentiae narium sic subvenitur.
sucus hederae infunditur. aristolochiae cum 24,76. 25,165.

*tit.* De naribus *g*, Ad nares *d*. 1 *Ab hoc inde capitulo lectiones ed. Ro.* (*r*) *cum „codice vetusto" in ed. Bas.* (*b*) *confusas omisi, adnotavi ea tantum quae ad ipsum textum constituendum facerent.* 2 sanguinis *grb* (*cf. Marc. p.* 83): *om. d.* 3 afferat *g*: affert *db*. | exiliat *gb:* exilit *d*. 7 casu *gb*: periculo *d*. | trito *gb*: *om. d.* | (porri sectivi naribus opponuntur $b^m$ = *r*). 8 in naribus *gd*, in manibus *b*. *ex hoc loco ita corrigendus Plinii textus*: sic et sanguinem sistit interiorem naribus indita (*ubi male nunc* et narium indita). *cf.* 22, 32. 10 sucus urticae *etc. haec supplevi ex r* (*coll. Marc. p.* 85), *ubi sic*: Itemque succus urticae fronti illinitur, et lana succida in nares coniicitur cum rosaceo et auriculae lana succida obturentur. *nam mutila haec et corrupta sic habet cod. d*: Semen urtice cum lana succida (*sequitur album duorum fere vel trium verborum*) cum oleo rosaceo. et auricule lana succida sp. obt. *magis etiam g, ubi sic*: semen urtice cum lana sucida spissae obturantur. 13 Quagulum *g*. 14 subactum *d* (*r, item Marc. p.*85): subductum *Pl.* 15 butyri *gb*: butiro *d*. 16 i. pastellis *gdb* (pistillis inditur *r* $b^m$). 18 Gravi olentie *d*. 19 (h.) colatus *add. r* (*Apul.* 98,5). arist. *sc.* sucus. aristolocię *g*, -logie *d*.

Digitized by Google

25,175. cypero. dracontii semen cum melle pari
pondere naribus inditur. hoc etiam si
30,31. carcinomata sint emendat. dicitur prodesse
qui hoc malo vexabitur ut osculetur nares
mularum.

## XI. Destillationi.

(32,65) *om. r.* Cinis testarum ostrearum in cibo pane
20,49. colligitur in modum salis. porri capitati
* *om. r.* folia cruda sine pane eduntur. caninum
(*Marc. p.* 87) corrigium numquam unctum cuilibet digito
32,64. in manu circumligatur. ostreae cum sua
testa ita ut electae sunt in carbonibus co-
* (*Marc. l. c.*) quuntur et in cibo dantur. oleum calidum
eunti dormitum in cerebrum infunditur
28,42 et in nares coicitur. in manu dextera duo
(*om. r*) digiti medii lino alligati inter se destilla-
tionem compescunt.

## XII. Oris vitiis.

30,27. Oris saporem commendari affirmant mu-
rino cinere cum melle si fricentur dentes.
*ib.* 28,56. admiscent quidam marati radices. Nero

1 dracontei *g*, dragontee *d* (-conteae *r, Marc.*). 4 qui *gdr*: ei qui *b.* | in hoc *d.* 5 mularum. alibi mulierum (*sic*) *d quasi ex varia lectione adscripta cf. Marc. p.* 86: Cui nares foetebunt remediabitur si nares muli osculetur. similiter proderit mulieri si nares mulae basiaverit (nares mulinas *sine discrimine Plin.*). *tit.* De distillatione *g*, Ad distillationem *d,* Ad stillationem narium ex humore *r.* 6 ostreorum *g.* 8 caninū corrigiū ... unctū *g*: canina corrigia ... uncta *db. cf. Marc.* corrigio canino rudi nec unquam vincto quilibet digitus ... ligatus (*de can. corrigia cf. Plin.* 30,35.) 11 eiectae *rb*ᵐ. | sint *g.* 14 conicitur *d* (*b*). *tit.* De oris vitiis *g*, Ad oris vicium *d.* 17 emendari *drb* (*Marc.* 88): commendari *g* (*Pl.*). 19 marati *rb* (*cf. Pl.*, maratri *Torin. in marg.*): mariti *g*, tamarice mariti (*sic*) *d.* | Nero (!) *gdrb*: mero *Pl.* (*quod quin restituatur impedit* frigidâ).

Digitized by Google

ante somnos colluere ora propter halitus
frigida utile dicit. folia fagina commandu- 24,14.
cantur adversus gingivarum et labiorum
vitia. aeque folia rubi in quo mora nascun- 24,117.
tur. eiusdem generis rubi teneri pampini 24,120 (118.)
decoquuntur ex vino ad tertias idque vinum
in ore continetur. ulcera plantaginis sucus 25,174.
emendat, et folia eius cocta, radicesque
*eius* commanducatae. membrana ex ovo 29,46.
cocto vel crudo detracta labiorum fissuris
medetur. oris halitum emendat murinus 30,27.
cinis cum melle dentibus infricatus. linguae *ib.*
ulcera et labiorum hirundines ex mulso
coctae sanant. adeps anserinus aut gallinae *ib.*
rimas emendat. si ferventia os intus ex- *ib.*
usserint, continuo sanatur gargarizatione
lactis canini. adversus faetorem oris folia 25,175.
myrti et lentisci pari pondere et gallae
syriacae dimidium pondus una teri oportet
et aspersa vino vetusto matutino mandere.
vel hederae bacae cum cassia et myrra *ib.*
pari pondere aspersa vino. eadem ratione
ulcera oris emendantur. hoc et ad sto-
machum optime, sed melius mororum dome- 23,136.
sticorum sextarii tres leni vapore decoquun-

2 dicit *grb*: dixit *d*. | conmunducantur (*sic*) *g*. 4 vitium *d*. 8 cocta *om. Pl.* | eius *om. d.* 9 commanducatae *gdrb*ᵐ: commasticatae *b*. 11 halitum *gb*: vicium *d*. | murinus — infricatus *gb* (*cf. idem ex Pl. supra*): *om. d* (*certo consilio, ut videtur, quo* oris vicium emendat *ad priora ferretur*). *totum membrum om. r.* 16 sanatur *gr*: sanantur *db*. 17 foetorem *gb* (fet- *d*). 19 unâ *g*ᶜ, uná *db*: simul *Pl.* 20 mandere matutino *d*. 22 aspersa (*cf. Pl.*) *gb*: asperse *d*. 24 Sed (si *d*) melius m. domesticorum. sed (et *d*) melius eorum que in rubis nascuntur *gd* (*unde* sed melius si cum m. dom. vel certe eorum *etc. rb*). *quae librarii cuiusdam addita explicatione falsa interpolata sunt* (*cf. Plin., Fraas Synops. fl. cl. p.* 236 *sqq.*). 25 sestarii *g*.

Digitized by Google

tur, ut ad spissitudinem mellis veniat: tum
additur de myrra pondus denarii et tantun-
dem croci et in unum totum teritur, et
*ib.* inde prout visum fuerit aeger accipit. item
suci mororum sextarii duo cum uno attici
mellis decoquuntur, et inde stomachicus
28,178. prout visum fuerit accipiet. capitis leporini
cinis adiecto nardo mulcet graveolentiam.
28,185. ulcera et rimas sevum bovis vel vituli cum
23,74. adipe anseris emendat. amurca ex oliva
nigra oris vitiis subvenit.

## XIII. Dentibus.

20,16. Cucurbitae sativae decoctae sucus in-
hibet dolorem et mobilitatem stabilit in ore
20,38. compressus. enula ab ieiunis commandu-
20,53. cata confirmat dentes. aqua in qua alium
decoctum est gargarizatur, et idem alium
20,111. cavis dentibus inditur. asparagi erratici
sucum in ore contineri oportet adversum
23,59. mobilitatem. acetum si in ore contineatur
23,74 gingivas stringit et dentes continet. olivae
(*om. rb*) nigrae amurcae muria eodem modo stabilit.
23,129. caprifici radix ex vino decoquitur, vinum
in ore continetur, radix trita maxillae im-

1 veniat (*sc.* decoctum) *grb*: veniant *d*. 2 a. pondus denarii de mirra *d*. 3 unum *grb*: vinum *d*. 4 accipit *gd*: -piat *rb*. | Item — duo *grb*: Item siccomororum succi vel sextarii duo *d* (*ex var. lect. suprascripta* succi vel sicco). 5 cum uno *gb*$^m$ (cum 1. *d cf. Pl.*): cum vino *rb*. 6 decoquuntur *grb*: -quitur *d*. | stomaticus *grb* (stomacus *post* fuerit *d*). 8 mulcet. Grave olentia ulcera ... *d*. 9 vel *gb* (*Pl.*): et *d*. *tit.* De dentibus *g*, Ad dentes *d*. 13 stabilit in ore: stabili tenore *gd*. 14 compressus *g*: c̄primit *d* (et mobiles stabiliet in ore compressus *rb*. *cf. Marc. p.* 93). 14 enula *gdrb*: inula *Pl.* | ab ieiunis *grb* (*Pl.*): *om. d*. 21 „*muriam*“ *om. Pl.* | modo *om. g*. 22 caprofici *g*.

ponitur adversum dolorem. caprifici radix (*ib.* 127. *cf.* 140)
per messes inciditur, et haec mittit sucum
aptissimum dolori. nucleus gallae comman- 24,10.
ducatus dolori medetur. taedae pingues in 24,41.
astulas conciduntur et in aceto coquuntur,
idque acetum in ore continetur. aqua in 24,42.
qua lentiscus decoctus est mobiles confirmat.
ruborum in quibus mora nascuntur pampini 24,119.
decoquuntur in vino austero et commandu-
cantur adversum mobilitatem, idque vinum
in ore tenetur. millefolium in dolore mandi- 24,152.
tur tritumque maxillae imponitur. radix 25,165.
hyoscyami ex aceto commanducatur. plan- *ib.*
taginis radix manditur et eiusdem suco in
aceto decoctae tepefacto dentes conluuntur.
quinquefolium in quo fraga nascuntur elui- 25,166.
tur aceto sive aqua marina, deinde coqui-
tur ad tertias ex vino et aceto, idque in
ore diu continetur. quidam malunt cinere *ib.*
eius dentes fricare. hysopo utiliter con- *ib.*
luuntur. cavis dentibus cinis murini fimi 30,22.
inditur. vermes terreni decocti in oleo et 30,23.
triti infunduntur auriculae ab ea parte qua
dentes dolent. eorundem vermium cinis
exesis dentibus coniectus et cera obturatus
perfacile eos cadere cogit. idem vermium *ib.*
cinis inlitus dolentibus iuvat: comburi de-

1 caprifici (caprofici *g*): *immo* mori (*Pl.* 23,140). 5 assulas *Pl.* 9 austeri *g*. 10 adversum *g*: -sus *d*. 13 osciami *gd*. 15 decoctae (*Pl.*): dectę (*sic*) *g*, decocto *d*. 18 ad *g*: usque ad *d*. 19 m. eius cinere *d*. 22 v. t. id est lumbrici *Marc.* *p.* 93 *inf.* 24 q. dolent dentes *d*. 25 coniectus (insertus *Marc.*): *cf. Sillig. ad Pl.* (colutis *male scr. Jan*, collectus *male Detl.*, iniectis *r*). | et cera obcuratus *g* (*haec non habet textus Pl.*), et cera obteratur *d*, et caeteris caera obturatis *r*, et cera opertus *Marc. cf. Pl.* 22,106. 27 inlitus *Pl.*: inditus *gd* (*r*). | dolentibus *gr*: doloribus *d*.

Digitized by Google

30,24. bent in testa. harenulae quae in cornibus
coclearum inveniuntur cavis dentibus inditae
30,26. continuo finiunt dolorem. idem praestat
31,101. fimus corvi in lana alligatus. inviolati prae-
stantur dentes si quis cottidie mane ieiunus
sub lingua habeat granum salis donec lique-
28,178. scat. cervini cornus farina in dolore vel
28,179. conluuntur vel fricantur. tali bubuli cinis
*ib.* dentifricium est. ossa ex ungulis suum
28,182. combusta eundem usum praestant. caprino
* lacte utiliter dentes conluuntur. ebuli ra-
dicem ex aceto decoque, et diu in ore
* teneatur. folia de buxo et ramusculos aneti
tres in ollam mittis et cum aceto ad tertias
decoquis: tepefactum in ore teneat.

## XIIII. Dentioni infantium.

28,258. Dentes equi qui primi cadunt alligati
facilem dentionem praestant: melius si terram
28,259. non tangant. lacte caprino aut leporino cere-
32,137. bello gingivae perfricantur. delphini dentium
cinis cum melle gingivis inlinitur, et eius
*ib.* dente gingivae tanguntur. eundem effectum
30,135. habent dentes caniculae. cerebrum pecudis
in cibo datur.

1 arenulę *gd.* | in testa (testo *v. l. Pl.*): in testa candenti *Marc.* (*haec in gd trahuntur ad sequentia, cum quibus confusa sunt in r*). 2 indita *d.* 8 tali bubuli (*Pl.*): albi bulbi *gr*, albus bulbi *d.* 9 dentibus fritium est *r* (*unde et b!*).
11 radicem ... decoque et diu *gr*: radix ... decocta. diu *d.*
es
13 ramusculus *ante ips. corr. g.* 14 tres *g:* III. *d* (teres *r*). | in ollam mittis *g*: in olla mittes *d.* 15 decoques (*sic*) *gd.*
*tit.* Dentioni infantium *g*: Ad dentionem infantium *d.*
17 melius *gr*: Melius est *d.* 18 cerbello *g.* 22 d. caniculae hent *d.* | cerebrum — datur *gr*: *om. d.*

Digitized by Google

### XV. Uvae.

Uvae cinis testarum ostrearum addito 32,65.
melle inlinitur. garum optimum cocleari 32,90.
subicitur. radicum brassicae cinis tactu re- 20,95.
primit. cinis aneti uvam levat. sinape gar- 20,196.
garizatur cum aceto et melle. sucus urticae 22,36.
gargarizatur. rubi in quo mora nascun- 24,119.
tur cauliculi decoquuntur ex vino idque
vinum gargarizatur praesentaneo remedio.
eorundem ruborum folia arefiunt in umbra *ib.* (*om. r*)
crematorumque cinere cocleari tacta resilit.
hirundininus cinis cum melle inlinitur. la- 30,31 (*om. r*).
seris cyrenaici granum carbone sicca et 22,104 (*om. r*)
subice cocleario. si iacet uva, verticem 28,60 (*om. r*)
morsu alterius hominis suspendi utile est.
caseus recens cum melle suggillati uvam 28,132 (*om. r*)
emendat.

### XVI. Tussillis.

Quos toles appellant ex utraque guttu- 30,31.
ris parte et faucibus lactis ovilli calidi gar-
garizatio prodest. fimus columbinus tritus 30,32.

*tit.* Uvae *g*: Ad uvam *d*. 1 Uvae *g*: *om. d*. 2 *cf. Pl.* garum coclearibus subditum. 3 cinis . . . reprimit *g*: cineris . . . reprimitur *d*. 4 Sinape *gr:* Nepa *d*. 6 quo (*r*): quibus *db*. 7 codiculi *g* (coliculi *Marc.*) 8 gargarizatur: *huc usque r b*, *qui huius capituli reliqua omittunt*. Presentaneo r. *ad sequentia trahunt d et Marc. p.* 99. 10 crematorumque cinere cocleari *g*: crematarumque coclearum (-r̄) cinere *d* (*cf. Marc.* is cinis in cocleari uvae subiectus . . .). 11 hirundininus *g*: -dinis *d*. 12 cyrinaici *g* (cirinaici *d*). | granum *g*: *om. d*. 15 suggillatim uvam e. *gd* (suggillata emendat *Pl.*). *tit.* Tussilis *g*, Ad tussilem et ad fauces *d*. 17 Quos tules *g*, Quos tussiles (*sic*) *d* (*cf.* tolles? *c.* 45 *ed. Rom.*: Ad tolles et tonsillas reprimendas). *haec sic correxit b:* Vitium quod tonsillas appellant, ex . . . fit. His lactis . . . 17 u. parte gutturis *d*. 18 faucibus *g*: faucium *d* (*b*).
19 fimus columbinus *etc.*: *ex hoc loco corrigendus Plinii textus a Silligio corruptus* (*corr. Detl. ex cod. R*[2]).

Digitized by Google

*ib.* ex passo gargarizatur. ficus arida et nitrum
(*om. r*) una teruntur, deinde faucibus adlinuntur:
asperitatem faucibus emendat et destilla-
20,52 (*om. r*) tionem. alium tritum ex pusca gargarizari
30,32 (*om. r*) ⟨prodest⟩. cocleae dempta tantum ⟨terra⟩
coqui debent inlotae, deinde conteri et in
*ib.* passo dari potui. siquis grillum contriverit
manu, suas tussillas vel alienas tetigerit,
28,189. levabit. lacte caprino cum myrra decocto
*ib.* ex sale exiguo gargarizabitur. tussillis pri-
vatim medentur renes vulpis aridi cum melle
30,31. triti et inliniti. hirundininus cinis ex melle
ab interiore parte tussillis inlinitur.

20,249. lini semen et anetum in oleo et aqua
decoctum imponitur et acetum gargarizatur.
24,118. rubi in quo mora nascuntur caules teneri
tunduntur, exprimitur sucus ex his, qui in
sole ad crassitudinem mellis cogitur: hic
inlinitus ab interiore parte mire prodest.
24,171. herba quae nascitur super fimeta rustica
30,35. efficacissime bibitur in aqua ubi mus de-

2 uná terunt *d* (unâ *sc.* cum fimo columbino. *cf. Pl. et Marc. p.* 100). | adliniuntur. Asperitatem faucium et distillationem. allium ... (*sic*) *d*. 4 gargarizari. Cocleae *gd* (*om.* prodest, *quod addidi ex Pl.*). 5 dempta tantum coqui *gd* (*cf. Marc. p.* 100). 6 in passo *g* (*Pl.*): insperse *d*. 7 siquis — gargarizabitur *g* (*b*): *om. d.* | gryllum *Pl.* (*Marc. p.* 106): fimum ovillum *gb*. 8 manus uastus syllas (su[u]as) vel alienas t. *etc. g* (tetigerit *om. b*). 10 tussilis *g*, Tussilini (*sic*) *d* (tonsillis *b*). 13 tussilis (*sic*) *gd* (tonsillis *rb*). 14 lini semen *etc. quae seq. ad anginam pertinent sec. Plin., ad utrumque cap. sec. nostrum.* | anetum *gd* (*r, Marc. p.* 106): anesum *Pl.* 15 inponitur *g* (*cf. pag. sq. v.* 9): inponuntur *d*. 16 caules *g* (*r*): cauli *d* (*om. Pl.*). 17 et expr. *d*. 18 cogitur *Pl.* (coagitatus *Marc.*): coquitur *gd* (decoctus *r*). 19 interiore (*Marc.*): inferiore *gd* (*r*). 20 herba — inlinuntur *g* (*b*): *om. d.* | fimeta (*Pl.*): spineta *gb*. 21 in aqua ubi: *cf. Plin.* 24,171 + 30,35 *et Marc. p.* 109. | mus *gb.* (*Pl.*): musca $g^c$.

Digitized by Google

coxerit. et verminacia imposita prodest. *ib.*
caninum corrigium ter collo circumdatur. *ib.*
fimus columbinus vinum oleum in unum
trita inlinuntur.

### XVII. Anginae.

Menarum salsarum cinis de capite, id 32,90.
est salsorum piscium, ex melle inlinitur.
alium tritum ex pusca gargarizatur. lini 20,52.
semen et anetum in oleo ex aqua decoctum 20,249.
ad tertias imponitur. acetum et sal gargari-
zatur. nucis nuclei iuglandis triti cum ruta 23,147 (*om. r*)
et oleo imponuntur. pix brittia cum melle 24,38.
inlinitur. fel taurinum, vel anserinum cum 28,189+30,33.
⟨elaterio et⟩ melle ex quo inlitis anginis
celeriter succurritur. pullus hirundininus, 30,33.
si fieri potest ripariae, si minus silvestris,
si neutrum eius quae in domibus nidificat
devoratus totum annum securum ab angina
facit. eosdem pullos quidam strangulant et 30,34.
comburunt cineremque eorum in cibo dant
aut in potione. milipedae numero XX in 30,35.

1 verminacla *g* (verbenaca *Pl.*). 2 corrigium (*Pl.*): corium *gb*. *tit.* Anguinae id est intra fauces farcimina quae nascuntur *g*, Ad anginas i. farcimina et ad faucium vicia *d*. 5 Minarum s. *gd* (Marinorum salsorum $g^c$). | id est (i. *d*) salsorum piscium *gdrb*: *ex interpretamento sive ipsius auctoris s. librarii cuiusdam ad v.* menarum *haec adduntur.* 8 ex *gd*: *om. r* (et *supra c.* 16 *cum Pl.*). 9 acetum *gr* (*M*): anetum *d*. | et sale *g*. 10 Nucis (-ces *corr.*) nuclei sive glandis *g*, Nuces nuclee sive glandes *d* (*correxi ex Pl.*). | attritae *g*, trite *d*. 11 brittia *g*: bructia *d* (brictia *rb*). 12 felle caprino et anserino *r* (*l. fort.* felle taurino vel caprino cum melle, felle anserino *etc. cf. Pl. et Marc. p.* 106). 13 elaterio et *r*, (*Pl.*): *om. gd*. | ex quo (*sic*) *gd*. 15 riparie $g^c r$ (*Pl.*): triparie *d et ante corr. g* (ripariolae *Marc.* 107). 16 quae *g* (*r*): qui *d*. 18 facit *gr*: reddit *d*. 19 dant in cibo aut in potu *d*. 20 milipedae *g* (*Pl.*, millepedae *r*): millipedes *d*. | xx *gd*: XI *Pl.* (XXI *Detl. ex E*).

Digitized by Google

unum tritae in aquae mulsae hemina au[t]
aceti melle addito decoquuntur donec lente-
scat totum quod coquitur, et sic imponitur.
26,23. hysopum cum vino decoctum gargarizatur.
*ib.* peucedanum cum coagulo vituli marini aequis
24,24. ponderibus inlinitur. sucus de quinquefolio
pondere denarii ex aquae cyathis tribus
28,189. potui datur. fel taurinum vel caprinum aut
28,43. ursinum cum melle inlinitur. ipsius homi-
nis quacumque ex parte sanguis miss*us*
inlinitur efficacissime prodest.

## XVIII. Licheni.

26,2. Graeco nomine lichenes appellantur, quod
vulgo mentagram appellant vitium, quod
acerrime per totam faciem solet serpere
oculis tantum immunibus. descendit et in
collum et in pectus manusque, foedat cutem
26,4. furfure. Manlius Cornutus praetor provin-
ciae aquitanicae legatus ⟨HS⟩ CC in hoc
morbo locavit se curandum.

Huic ergo vitio sic conantur mederi.

1 triti *d.* | himina *g*, emina *d.* 3 sic *g* (*r*): si *d.* 4 vino *gd* (*r, Pl.*): fico *v. l. Pl.* 5 peucidanum *gd.* | quagulo *g.* 6 sucus de q. *gd* (*sic etiam Pl.*). 7 pondere: pondus denarii *gd* (*om. Pl.*, *item r*, *ubi sic*: succum item herbe quinquefolii cyathos. III. gargarizes). | aquae: aqua *gd* (*duplici ablativo ut saepius d*, *cf.* 2,4 *et simil.* 1,7.10.24. 3,23.32 *etc.*). 9 ursinum *om. Pl.* (*cf. supra* anserinum). 10 quacunque parte missus sanguis *d.* *tit.* Lichenis id est inpetigines *g*, Ad lichines i. inpetigines *d.* 12 lychenes *gd.* 13 mentagrana *d.* | vocat (*sc.* vulgus) *r.* 16 fedat. et cutem *d.* 17 Manlius *gb*: Manilius *Pl.* 18 aquitanicae *g*: -nie *db.* | cc *g*, cc *db*: HS. cc *Pl. corruptus* (*aut male lectus ab editore*) *Marc. p.* 129: nam Soranus medicus (*unde hic?!*) quondam ducentis hominibus (*pro* HS!) hoc morbo laborantibus curandis (!) in Aquitania se locavit. *totum hunc locum omisit r.* 19 se locavit c. *d.* 20 Huic ergo vitio *gb*: Quidam huic vitio *d.*

Digitized by Google

cantharidas inlinunt cum suco uvae amineae 29,93.
et sevo ovis vel caprae. murinus fimus ex 30,29.
aceto ⟨inlinitur et⟩ cinis erinacei ex oleo. *ib.*
in hac curatione prius faciem ex nitro et *ib.*
aceto foveri praecipiunt. inlinunt et adipem 32,83.
vituli marini. delphini cinerem ex aqua *ib.*
inlinunt. eos qui sic vexantur osculari non *
oportet, quoniam contactus perniciosus est. (*cf.* 26,3)
ficulni caules ex aceto cocti tritique inli- 26,21.
nuntur. ibisci radix cum glutine lupino ex *ib.*
aceto decocta ad quartas. flos visci cum *ib.*
calce subactus laudatur. tithymalli flos cum 26,22.
resina decoctus adhibetur. thapsiae radix *ib.* (*om. r*)
trita cum melle imponitur. glutinum factum 28,186
ex genitalibus vitulorum liquatur ex aceto (*om. r*)
cum sulphure vivo ramo ficulneo permixto,
ita ut recens bis in die imponatur. lomen- *
tum aequis partibus cum turis polline imponitur ex aqua.

**XVIIII. Elephantiasi.**

A facie hoc malum plerumque incipit 26,7.
et nare prima surgit veluti lenticula, quae

1 illiniunt *db* (*item infra semper*). | amineae *gdr* (*M.*): taminiae *Pl.* 3 illiniunt *r* (*om. gd*, *sed cf. Pl.*). | herinacei *d*, irinacii *g*. 4 f. nitro ex aceto *Pl.* 5 percipiunt *d*. 6 delphino (*sed ips. corr.* -ni) *g*, Delphinū *d*. | cinerem *d*: cineris. cinerem (*sic*) *g*. 7. 8 *haec aptius statim post p.* 32,16 (cutem) *infert r* (*unde b*). 9 Ficulni *g* (*Pl.*): Ficulnee *db*. | tritique *g*(*r*): contritique *d*. 10 Ibisci *gd* (Evisci *rb*, Hybisti $b^{m}$). | glutine *gd*: -no *rb* (*Pl.*). | lupino *om. Pl.* (cum lupino *etiam Marc. p.* 129). | ex *g*: et *d* (*Pl.*, in *r*). 11 *post* quartas *add. r*: similiter adhibetur. 12 Tyti(Titi- *d*)malli *gd*. 13 Tapsiae *g*: Tipsie *d*. 14 attrita (*sic*) *g*. | glutinum *g* (*Pl.*): -niū *d*. 15 ex *d* (*Pl.*): *om. gb*. 16 permixtum *Pl.* 17 imponatur *g*: ponatur *d*, reponatur *b*. | Lumentum *g*. *tit.* Elefantiaci *g*, Ad elephanticos *d*. 21 in nare *Pl.*

celerrime per totum corpus serpit, maculosa variis coloribus et inaequali cute alibi crassa alibi tenui, ⟨aliis⟩ dura locis et quasi sub scabie aspera, postremo nigrescente ⟨et ad ossa carnes apprimente⟩, tumescentibus digitis in manibus pedibus-
26,8. que. hic morbus peculiaris est Aegyptiorum populis. totus exitiosus est, cum in reges incidit, quoniam his solia in balneis humano sanguine temperantur. is qui hoc malo affi-
30,118. ciuntur cinis mustelae et eiusdem sanguis
20,109. mixtus inlinitur. radix asparagi decocta in
20,144. aceto trita apponitur. mentastri folia com-
24,18. manducata adhibentur. cedro inlinuntur.

## XX. Ulceribus in facie manantibus.

20,102. Ulceribus in facie manantibus bulbi triti
31,120. ex aceto et sulphure medentur. nitrum ex
30,30. melle et lacte bubulo succurrit. faciem purgat atque erugat adeps cygni.

## XXI. Cervicibus et is quae mollienda sunt.

30,107. Adipis anserini perunctio remollit. eodem
20,250. modo adeps gruis. farina lini seminis nitro

1 maculosa (*Pl.*): maculis *gdrb*. 2 variis colore *r*. | inequali cute *r* (*Pl.*): inequalitate *gd*. 3 aliis (*sic r*): *om. gd*. 4 nigresscente *d*. 5 et — apprimente *r* (*Pl.*): *om. gd*. 6 tumentibus *gd*. | t. in manibus digitis. pedibusque *d*. 7 (hic) — 10 (malo aff.) *om. r*. 9 incidit *d*: incedit *g* (excedit *b*). | his *g*: is *d*. 10 temperantur (*ut antea* est . . . incidit): temperabantur *Pl.* (*Marc. p.* 130). | is = His *gdb*. hoc afficiuntur malo *d*. 14 cedro (*i. e.* cedri suco *Pl.*) *gd*: cetria *r*. | illiniuntur *db*. *tit.* Ulceribus i. f. m. (*quae eadem verba repetit in textus initio g*, *non d*), Ad ulcera in f. manantia *d* (*sine titulo sequentia adnectuntur in rb*). 16 s. vulneribus in facie medentur *r* (*Pl.*). 17 bubuli *g*. 18 atque erugat *g*, et erugat *r* (*Pl.*): *om. d*. *tit.* Cervicibus et his qua (*sic*) m. s. *g*, Ad cervices et ea quae m. s. *d*. (ea q. mollienda sunt *i. e.* duritias *Pl.*). *cf. Pl.* 30,107: tubera et quaecunque emolliri opus est efficacissime anserino adipe *etc.*

adhibito ex vino calido in modum malag-
matis temperatur. farina hordeacea cum 22,123.
fico tusa. lenticula in aceto discocta. fici 22,144.
folia et ipsa poma inmatura contrita. am- *(*om. r*) 24,23.
moniacum cum melle impositum. iuniperi 24,54 (*om. r*)
semen ex oleo inlinitur. folia alni ex aqua 24,74.
ferventi remedio fiunt tumori. ovorum lutea 29,45.
cum adipe anserino et rosacio. fel tauri- (28,234?)
num vel caprinum inlinitur. butyro aut adipe 28,192.
ursino perfricantur. opisthotonum levat *ib.*
urina caprae auribus infusa. fimus caprinus *ib.*
cum bulbis inlinitur. opisthotonicis ex milvi 30,110.
iocinere arido tres oboli in tribus cyathis
aquae mulsae bibendi dantur. adeps lupi- 28,234.
nus utiliter inlinitur. in cervicum dolore 28,60.
poplites utiliter fricantur, et e diverso in
poplitum dolore cervicem fricari remedi-
um est.

### XXII. Humeris et lateribus.

Doloribus humerorum mustelae cinis 30,41.
cum ovo inlinitur. sal in sacco ex aqua 31,102.
ferventi calefactus adicitur.

Haec quae supra scripta sunt eodem

1 addito *r* (*Pl.*). | ex vino c. in. m. mal. t.: *sic et Marc. p.* 127 (*om. Pl.*). 3 fico *g*: ficu *db.* | tuso *gd* (tunsa *r, qui add.* imponitur): sicca *Pl.* (cum ficu arida tunsa *M*). | Lenticla *g.* 4 et ipsa poma inm. *gb* (*om. r., cf. Marc. p.* 127: fici folia et poma eiusdem imm.): et ipsius immatura (*om.* poma) *d.* | Ammoniaca . . . imposita *gd* (-um *r*). 6 folia alni vel alei (*sic*) *gdb* (*ex dupl. lect. cf. supra* c. 10), folia allii *r.* 7 fiunt *g*: sunt *db.* 8 fel: fimum? *cf. Pl.* 28,234. | taurinum vel *om. r.* 9 Buturae (*sic*) *g*, Butiro *d.* | aut *b* (*Pl.*): et *gd* (seu *r*). 10 opistothoniam *gd* (-nia *b sc.* levatur). 12 Opistothonicis *gdrb.* | ex mili|uo cinere *g*, ex milvio (milivio *b*) cinere *db* (ex iecinore milvi *r*). 17 cervicem *gb*: -ces *d.* *tit.* Ad humeros et latera *d.* 20 ovo: cera *Pl.* 22 — p. 36,5 *om. r.* 22 scripta *g*: dicta *d* (Haec praescripta *b*).

modo et ad dolorem laterum faciunt, pecu-
24,21 (*om. r*) liariter vero quae sequuntur. galbanum im-
30,53. positum. cocleae in testa coctae et resina
*ib.* terebinthina in cibo prosunt. cocleae lateri
*ib.* impositae. upupae caro in cibo laudatur.
(29,32) lanae sucidae ex oleo calido imponuntur,
(29,38) melius axungia vetere. vellera sulphure
34,151. vivo suffita efficaciter excalefaciunt. pugionis mucrone quo homo percussus est leviter pungi prodest.

## XXIII. Pectori.

Plurimis morbis obnoxium pectus est et impatientissimum frigoris. quod cum vexatum est, non uno genere saevit sed infert tussim, purulentas excreationes sanguinis, vomicas, pthisim, synanchen. quibus singulis quemadmodum placeat succurri explicabimus.

### Tussi.

20,56 (*cf.* Sedatur tussis alio in faba fracta dis-
22,140.) * cocto eaque faba in cibo sumpta, vel ex

2 secuntur *gd.* 3 testa *db:* tesina *g,* tisana *Pl.* (*v. l.* tisibina *etc.*). | et (cum *b*) resina terebintina *g*, et resine terbentine *d* (*om. Pl.*). 5 Opupae *g.* | caro *gdb:* cor *Pl.* 7 melius axungia *gb*: melius est cum axungia *d.* | vel vellera *gdb.* 8 suffita *d*, subfita *g*: suffusa *b.* | efficaciter *gb*: *om. d.* | pugionis — podest *gb*: *om. d.* 9 mucrone: mucro *gb.* *tit.* Ad pectus *d.* 11 *cf. Plin.* 26,27: In pectoris vitiis vel gravissimum est tussis. 12 frigoris est *d.* 14 tussum *ante corr. g.* | et pur. *db.* 15 vomicas *ego*: vomitus *gdb* (sanguinis vomitus *coniungit g*, *non db*). | pthisim: tysis *g*, tussis *d* (ptysim *b*). | sy(i)nancis *gd* (synanchen *b*). 16 pl. succurri *gb*: pl. possitque subveniri *d.* | explicabimus *gd*: explicare conabimur *b.* *tit.* Ad tussim *d.* 18 fricta discocto (desecta *r*, *cf. Pl.*) eaque faba *g*(*r*): *om. d.* fracta *scripsi ex Pl.* (*cf.* fresa *Marc. et Pl.* 22,140). 19 vel ex melle in cibo sumpta *om. Pl.* (*sed habet Marc. p.* 118).

Digitized by Google

melle in cibo sumpta. et tussi et puru-
lentis excreationibus medetur. adversum 23,35.
diuturnam tussim falernum vinum utiliter
sorbetur merum ab ieiunis. ficus aridae 23,122.
coquuntur cum hysopo ex aqua eaque aqua
tussientibus propinatur. sunt membranae 30,46.
in ventribus gallinaceorum quae proiciuntur:
harum cinis potionibus inspersus destilla-
tiones pectoris et humidas tusses siccat. testae *ib.*
cocleae crudae tritae cum aquae tepidae cya-
this tribus sorbentur. ad tussim sedandam 30,49.
cocleae cum testis suis tritae adiecto croco
eduntur. sevum ovium decoctum cum vino 30,55.
austero tussi medetur. ova cocta cum melle 29,47.
trita in cibo dantur. ova cruda permixta *ib.*
cum pari modo passi bibuntur. sandaraca 34,177.
cum resina terebinthina ovo sorbili indita
editur. ursinum fel permixtum cum melle. 28,193.
salivae equi triduo potatae ternis potionibus *ib.*
ex aqua calida sanant: equum morti tradunt,
hominem sanant. pulmo cervinus cum gula *ib.*
arefactus in fumo, deinde tusus ex melle
cottidie sumendus. sorbitiunculam ex alica 28,231.
sevo caprino perunctam dabis, picem liqui- 24,40.
dam in ovo. iecur lupi coctum esui datur. 28,193.

1 sumpta (*M*): sumpto *g*, sumpto cum faba *d* (*haec sic contrahit r*: eaque faba in cibo vel ex melle sumpta. *unde b*). 6 propinantur *gd.* 8 distillationes *gd.* 9 pectoris *g*: pectinis *d.* | et humidas tusses siccat. testae: *cf. Pl.* et umide (-dam *Sill.*) tussim vel recens t o s t a lenit. Cocleae crudae tritae... *itaque* testae *hic natum videtur ex Plin.* tosta. 12 testibus *d.* | adiecto croco *gd*(*r*): cum protropo *Plin.* 14 austeri *gd.* | tussim *g.* 16 cum passo oleique pari modo *Pl.* 17 ovo s. indita *om. Pl.* 19 ternis potionibus ex a. c. *om. Pl.* 20 equum — sanant *gb*: *om. d.* | morti: mori *Pl.* 23 sorbitiunculam *gr*: Sorbiti ungula (*sic*) *d* (pulte alicacia *Pl.*). 24 seuo: seu| *g.* 25 esui *gr*: usui *d.*

Digitized by Google

## XXIIII. Sanguinem reicientibus.

24,152. Si ex alto praecipitati sunt, millefolium
datur bibendum ex aceto. cruenta excre-
29,43. antibus quinque ovorum mediola cruda in
29,47 vini hemina propinantur. si et purulenta
(*om. r*) sint eodem tempore, ovum crudum cum
pari mensura porri sectivi suci itemque
30,44. graeci mellis calefactum hauritur. ad ex-
creationem cruentam cocleae elisae teruntur
(23,101) et ex aqua bibuntur. prodest aqua potata
30,49. qua cotonia decocta sunt. cocleae inlotae
ex aqua marina coquuntur et ita devoran-
*ib.* tur. cocleae cum testis suis tritae addito
31,129. croco eduntur. spongiae afrae cinis cum
20,48. porri sectivi suco sorbetur. porri capitati
22,127. sucus cum farina turis sorbetur. farina
qua chartae glutinantur calida in modum
*(*cf.Marc.p.*118) sorbitionis sumitur. aqua in qua rosa et
ruta et hysopum decocta sunt vino misce-
20,241. tur et ita potui propinatur. marrubii scopae
cum panico aqua decoquuntur eaque aqua
23,11. bibitur. uvae in vinaceis servatae aptae sunt
23,76. excreantibus sanguinem. oleastri folia de-
* coquuntur ex melle et dantur coclearia tria.
23,100. palmae thebaicae eduntur. cotonia matura
23,144. devorantur cruda. nuclei amygdalarum cum
(22,32 +) amulo et mentastro devorantur. semen urti-
23,159. cae aut myrti contritum in vino bibitur.

*tit.* Ad sanguinem reicientes *d.* 4 himina *g*, emina *d.* 6 sectivi suco *g*, secti in suco *d.* 8 elisae: elixe *gd* (*r*, elixatae *M. p.* 120). *cf. Pl.* dempta testa tritae. 10 qua *g*: ubi *db.* | cotonia *g*: citonia *d.* 13 croco (*ut supra p.* 37,12) *gd* (*r*). 16 calda *g.* 19 Marruuii *g*, marubii *d.* 20 cum panico aqua (*Pl.*): cum pane *gb*, cum aqua *d.* 21 vinaciis *gd.* 22 excreantibus *gb*: -ti *d.* 23 dantur coclearibus (*sine numero*) *Pl.* 24 cytonia *g*, citonia *d.* 25 Nuculei *g.* | amygdalorum *gd.* 26 amulo *gd* (amilo *b*): anulo *r.*

Digitized by Google

gummi optimum cum vino resolvitur et 24,105.
datur. si fieri potest, gummi ex amygdalis *ib.*
sit. ruborum in quibus mora nascuntur 24,118.
cauliculi teneri tunduntur, ex his sucus
exprimitur, qui in sole ad crassitudinem
mellis siccatur: hic haustus sanguinem effi-
cacissime claudit. eorundem ruborum caules 24,119.
ex vino austero decocti eduntur idque vinum
bibitur in potione. cornus cervini cinis in 28,194.
vino vetere potatur. bubulinus sanguis cum 28,195.
aceto modice sumptus ⟨iuvat⟩. haedini 28,196.
sanguinis recentis tres cyathi cum pari men-
sura aceti ferventes potui dantur. coagulum *ib.*
cervinum ex aceto datur. coagulum lepo- 28,194.
rinum eodem modo.

## XXV. Vomicae.

Vomicae plerumque erumpunt in lateribus in membranas supervacuas et ex languoribus natas, humore concreto intusque converso, qui adeo fecunde subnascitur ut
non tam excreetur quam evomatur. eos itaque *
qui eam fortunam inciderint, oportet ambulare vectari ungui, lectus et requies. qui

1 gumme *gd.* | cum vino *gb*: cum sextario vini *d* (*om. Pl.*). 2 gummę *g*, -me *d.* 3 ruborum (*Marc.*): rubi *gd*(*r*). 7 cludit *g.* 8 austeri *gd.* 11 modice *gb* (*Pl.*): modico *d.* | iuvat *add. rb.* 12 sanguinis: *cf. v. l. codd. Pl.* 13 aceti ferventis *gr* (ferventes *ego*): aceto ferventi *d* (*cf. Pl.* cum aceto acri pari modo fervens potus). *cf. Marc. p.* 120. 14 cervinum *gd* (*r M*): *om. Pl.* | c. datur ex aceto *d.* *tit.* Vomicae *g*: Ad vomicam *d.* 16 Vomicę (*init. cap. repetit*) *g*: *om. d.* | *Sic incipit r*: Apostemata interiora vomicas vocamus. Erumpunt enim pl. e lateribus membranae supervacuae ex l. natae ... 18 intusque *r*: in tussim que *g*, in tussim *d.* 19 subnascitur *g*: subnascuntur *d*, innascitur *r.* 21 (qui hanc passionem inc. *r*). 22 vectari *gb*: vectitari *d.* | ungui *g*: ungi *db.* | lectus (lectos *r*) et requies (*sic*) *gd.*

Digitized by Google

hunc morbum alunt sustinendi erunt cibis firmis et glutinosis, avibus pinguibus, operibus pistoriis plus aequo mellitis, prout patientur facultates.

30,50. Vomicam sanat privatim id mel in quo
* sint apes demortuae. ad hunc autem mor-
(*Marc. p.* 125.) bum facit optime potio haec: ovum crudum in vaso funditur, putamen eius repletur suco marrubii atque in idem vas coicitur, item repletur melle et similiter ibi adicitur, et ita permixta calefactaque ad teporem haec hausta vomicam rumpunt, purgant, ad sanitatem perducunt.

Multi medici se medicos adversum hoc malum non inveniunt. ego certe scio raro quemquam huic pesti ereptum qui se illis credidisset. verum ita curatio eius expedita est ut etiam hieme asperrima explicari possit intra diem quadragesimum, vere autem vel aestate breviore tempore. aliqui tamen
* curati sunt intra praefinitum tempus com-
(*Marc. ib.*) positione ea quae infra scripta est: mandragorae hyoscyami opii turis croci pondus

1 erunt *gb*: sunt *d*. 5 sanant *g*. | id mel *d*: idest (*sic*) mel *g*. 6 i. q. demortue apes sunt *d*. 8 vaso *g*: vase *d*. 9 maruuii *g*: marubii *d*. | in idem vas coicitur *g*: in eodem vase conicitur *d*. 11 permixtus calefactusque (calfactusque *d*) *gd* (*cf. Marc. p.* 125: omnia haec in se permiscentur ac tepefacta hauriuntur, miro modo vomicas rumpunt *etc.*). 17 credidissent *d*. | Verum curatio eius ita exp. e. *d*. 19 intra dies .XL. *d*. 20 aliqui tamen *r*: Aliquot (*interpunctione praemissa g*, aliquot *sine interp. d*) a me *gd*. 21 intra *rb*: infra *gd*. 22 Mandragorae pondus denarii (*a quo incipit g*) *post* turis p. d. *infert d. ceterum post singulas species* (*quinquies igitur*) *gd addunt repetuntque verba* pondus denarii (deñ. *d*), *quae omittenda esse docet v.* 20 singulorum (*sed cf. Marc. p.* 125). 23 opii: opopanacis *Marc.* (*qui praeterea addit* myrrae).

Digitized by Google

denarii singularum rerum omnium. haec ex vino diligenter teruntur ad crassitudinem paulo spissiorem quam mellis. ex hoc medicamento initio pondus victoriati in tribus cyathis aquae euntibus dormitum datur, mox deinde ex eodem modo aquae pondus denarii. prima potione profectus sentitur, deinde incredibili saltu explicatur curatio.

# Liber secundus.

## I. Pthisicis.

Invenio iam desperatum pthisicum sana-
tum hoc modo. radicem decoquis in punici *
mali cortice: mixtum ex aquae cyatho uno
et lactis pari mensura cottidie sumptum
profuit. utile est pthisicis et longis lan- 24,28.
guoribus qui tenentur morari in saltibus ubi
pix nascitur, ⟨plus⟩ quam in mari navigare
et marina loca visitare. cancri fluviatiles 32,118.

1 omnium specierum pares mensuras tere diligenter *Marc.* 2 ex vino *d* (ex vino vetere *Marc.*): ex uno *g.* 3 medicamenti *d* (-to *gr*). 4 p. v.: id est dimidium drachmae *add. Marc.* 7 potione *d*, positione (*sed si ex correctura*) *g.* 8 *in fine* (*litt. maj. g*) Plinii Secundi Liber. I. De medicina explič feliciter. Incipiunt cap̄. libri. II. *g.* | Explicit liber primus. Incipiunt capitula libri II. *d.* *tit.* De pthisicis *g*, Ad thisicos *d.* 9 pthisicum *g*, thisicum *d* (*item infra*). 10 decoquis *g*: -ques *d.* 11 mixtum: mixto *gd.* | aquae: aqua *gd.* 12 cottidie (cotidie *d*) sumpti prosunt *gd* (quotidie sumptum [sumptui *b*] data profuit *r*). 15 pix *d* (*sc.* piceae): pinus *r.* | plus *add. ex Pl.* (utilius *b*). | navigari *d* (quam navigationem Aegyptiam *Pl. cf.* 31,62). 16 visitare *gd*: vitare *rM* (*sic Marc. p.* 119: Qui phthisi adficiuntur maritima loca vitare debent atque illic maxime ubi pix conficitur commorari. *cf. ed. Rom.* Traditur utile esse ptysicis et longis languoribus morari in saltibus ubi pinus nascitur. Aquosa vero et marina loca debent vitari. | fluviales *d.*

Digitized by Google

30,86. ex iure in cibo sumpti ieiunis dantur. lacerta viridis decocta in vini sextariis tribus ad cyathum unum, singulis coclearibus pthisico datis diebus singulis donec convalescat.
*ib.* propinatur 'coclearum cinis ex vino austero.
28,230. suis feminae herba pastae laridum in cibo
*ib.* 28,231. datur. carnes asinae ex iure sumptae. suis
* fimi cinis ex passo propinatur. adipis recentis pondo quadrans decoquitur in vini cyathis tribus, additur eo mel optimum et pilulis glutitur.

### II. Syntexi.

Syntexis quoque nec periculo nec facie pthisi dissimilis morbus est. cui sic mede-
22,129. tur. alicae cyathi tres in passi sextarium aquae congium commiscentur et sensim coquuntur donec aqua consumatur, tunc suffunditur lactis ovilli sextarius aut caprini, quo subfervefacto fit genus sorbitionis, qua per se primis diebus curationis utuntur, proce-
* dentibus diebus et mel adiciunt. utilissimum putant eos in aqua marina lavari.

### III. Ischiadicis.

30,54. Vermis terrenus effoditur et imponitur in catillum ligneum fissum ferro alligatum,

3 pthisico *g* (*b*): thisicis *d*. 4 datis: *sic gd*. | convalescat: *sic gd*. 5 coclearium *g* (-rum *d*). 6 herbae *ante corr. g*. | pastę laridum *g*: cum (c̄) parte lardi *d*. 7 asinae *g*: asini *d* (asininae *Pl.*). | prosunt *add. r*. 9 pondo quadrans *gd*: unciae tres *r*. *tit.* Sintexis percussio (*cf. ind. cap.*) *g*, De sintexi *d*. 12 Sintexis *d*. 13 cui medetur sic *d*. 14 alicae *r* (*Pl.*): Hillacae *g*, Hyllacee *d*. 15 et aquae sextariis VI. *r*. | miscentur *d*. | sensim *om. d*. 16 consummatur *d*. 20 Utillimum *g*. 21 putatur *d*. *tit.* Sciaticis *g*, De sciatis *d* (-ticis *ind. d*).

Digitized by Google

aqua perfunditur rursusque in eo loco ex
quo erutus est vivus suffoditur et ea aqua
in eodem catillo bibitur. cocleae crudae 30,71.
tritae ex vino amineo cum pipere bibuntur.
lacerta viridis dempto capite et pedibus *ib.*
cum interaneis, condita ut fastidium abi-
gatur, in cibo datur. rubiam qua pelles 24,94.
conficiuntur cottidie bibere utile est et la- 24,66.
vari. genistae rami plurimis diebus in aceto
macerantur, deinde tunduntur et coquun-
tur: ex eo suco cottidie cyathus potui
datur. fimus bubulinus calefactus in cinere 28,199.
ferventi locis dolentibus in foliis cuiuscum-
que holeris imponitur.

### IIII. Praecordiorum dolori.

In universum praecordia appellantur 30,42.
quae aliqui in plura vocabula dividunt, vo-
cantes modo stomachum, interdum iecur,
interdum praecordia. haec cum induruerint *
praeter gravissimum dolorem velocissimam
mortem ingerunt.

His caninus catulus lactans subinde appo- 30,42.
nitur inque eum vitium transire constat:
defunctum obrui moris est. bulbi triti in- 20,104.

3 c. trite crude *d.* 4 ex v. ammineo *gd* (ex vino mero *rb*, ameno *b*[m]!). | bibitur *d.* 6 condita ut f. a. *om. Pl.* | abigatur *ego*: abigat *gdrb.* 8 perficiuntur *Pl.* (inficiuntur *M*). | cotidie *d.* | bibere utile est. Lauri et geneste *gd* (*item r*). *ubi* lauri, *de quo silet Pl., natum est ex* „lavari“ (ut bibentes laventur cotidie *Pl. cf. Marc. p.* 174 . . . cotidie bibere ischiaicis utile est et in balneo ferventi lavari. Genistae rami . . .). 9 ramis *ante corr. g.* 11 ex suo suco. et cotidie ciatis id potui datur *d.* 12 bubulcus *d.* 13 cıııq; holeris *d.* *tit.* De precordiorum dolore *d.* 15 universo *gd.* 18 induruerint *g* (*b*[m]): induraverint *d* (se gravaverunt *rb*). 21 lactans *g*: lactens *d* (*Pl.*). 22 constat (!) *gd* (*r*): creditur *Pl.*

Digitized by Google

20,122. liniti ventri bene molliunt. et ocimum tri-
20,251. tum impositum praecordiis prodest. sex-
tarius farinae lini seminis, sextarius feni
graeci, cum pari mensura mellis ex aqua
mulsa decocti calidi imponuntur saepius.
(20,256) aliqui malunt feniculi farinam cum pari
mensura mellis decoquere et ita imponere.
23,101. cydonia cruda vel cocta ceroti modo in
panno inlinuntur et calefacta praecordiis
26,77. super imponuntur. acori radix tusa cum
30,48. vino efficacissime prodest. is quos linquit
animus aut ⟨quibus⟩ mens alienatur quibus-
que vertigines fiunt cocleae singulae cum
sua testa tritae ex passi cyathis ternis cale-
*ib.* facta potione per dies VIII dantur. in eadem
curatione aliqui dant per dies quinque in
eodem modo passi primo die cocleam unam,
sequenti duas, tertio III, quarto II, quinto
* unam: sic suspiria tollentur. in his lan-
guoribus si febris non sit marina aqua lavari
30,47. utile est. iocineri prodest in cibo viverra
30,44 porcelli modo inassata. stomacho medentur
(*cf.Marc.p.*148). cocleae si fieri potest africanae in cibo
sumptae: coquuntur intactae ex aqua, deinde
ex prunis torrentur, tunc ex vino et garo
eduntur, impari numero stomachi dolori
30,45. medentur. prosunt vivae cocleae ex aceto

1 ventri *g* (*Pl.*): ventrem *d.* 2 et inpositum *d.* 3 fenugreci *d.* 6 feniculi *r* (*cf. Marc. p.* 152): feni greci *g*, fenugreci *d.* 8 Cydonia *g*: Cidonea *d.* 9 illiniuntur *d.* 10 acori *Pl.*: aceris *gd* (*r*). 11 îs: His *gd.* 12 quibus *addidi ex Marc.* (quorum *Pl.*). | mens alienatur *Pl.* (*Marc. p.* 152): mens. et alienantur *d* (*r*). 14 ex passi cyathis .III. *r.* 18 secundo die .II. *d.* 21 in cibo *om. d.* | vivarra *gd* (vivaria *rb*, viverra *b*m). 22 stomacho medetur. Coclee *gd* (*et sic etiam r*: stomachoque medetur. Et item si f. p. cocleae *etc.*). 23 affricane *d.* 25 torrentur *g* (*Pl.*): torrentibus assantur *d.*

Digitized by Google

devoratae. [in hoc languore aqua marina * lavari prodest.]

Aestimo praecordiorum vitium esse cum cibus non continetur. certe quibus hoc accidit stomacho laborare dicuntur. horum potioni infriatur venter ossifragi arefactus. 30,60 prodest etiam si teneatur manu dum cibus (*om. r*) sumitur.

Non est ab re compositionem operi convenientem ponere, quae stomachi marcorem et fastidium detergit celerrime. in musti * ex uvis albis congio coiciuntur cydonia quinque non purgata, totidem mala punica, eo (*Marc. p.* 145.) additur sorborum sextarius, rhus syriaci sextarius, croci siculi semuncia, fici optimi semuncia. sic coquitur usque ad crassitudinem mellis, inde in die lingula sumitur, servatur in vaso vitreo.

Fit efficacissima potio compositione ita scripta. apii seminis aridi drachmae sex, (*Marc. p.* 152.) petroselini macedonici drachmae IIII, spicae

1 *haec uncis inclusi cf. supra p.* 44,19. 6 potioni (-ne *d*) infricatur *gd* (infriatur *ego*, *cf. Marc. p.* 143 potioni aspersus). | arifactus *g*. 7 manu *g*: in manu *d*. 9 *Hanc compositionem apponit Marc. p.* 145: Oxyporium mirum Neronianum . . . hoc est oxyporium quo Nero utebatur ad digestionem, quod Marcellus medicus egregius ostendit (*Marcellus Galeni?*), quod et nos usu probavimus(!). *unde haec* (*eisdem paene verbis scripta apud utrumque auctorem*)? 12 ex uvis *d*: exuviis *g*. | coniciuntur *d*. | cidonea *d*. 13 punica *d* (*r*, *et in c.* IX *etiam b*): piciereo *b* (piniceo *b*ᵐ): *nam bis haec dedit Torinus* (*ex ed. Ro. et ex. cod. suo*) *c.* IX *et* XV. 14 ros syriaci *g*, Ros siriaci (*sic*) *d*. 15 semuncia *g*, semiuncia *d* (*r*): scripulus *Marc.* | fici optimi semuncia *g* (*b*): fici VI *r*, *om. d* (*M*). 17 lingula *gdb*: ligula *r* (*M*). | œsui sumitur *b*. 18 vaso *g*: vase *d*. 19 efficacissime *d*. | ita: *sic gdb* (infra 1,25). 21 petrosilini *d*.

Digitized by Google

nardi drachmae IIII, myrrae drachmae IIII,
opii drachmae IIII, schoeni drachmae IIII,
piperis longi drachmae V, piperis albi drach-
mae V. haec una teruntur cum melle graeco
despumato quod satis est. servatur in vaso
vitreo. a balneo dantur ieiuno in potione
mulsi mixti ex aqua calida drachmae duae.

## V. Ventri molliendo.

32,100. Menae salsae id est pisces salsi ventri
molliendo cum felle tauri umbilico inlinun-
28,203. tur. lac caprinum potatum cum sale et
* melle. ventriculus suillus in quo sarda de-
* (*cf.* 20,49.) cocta sit. porri capitati discocti per se in
22,33. cibo sumuntur. urticae semen tostum pane
22,142. 23,98. colligitur. lens non percocta sorbetur. myro-
balanus est genus caryotae nascens in
Aegypto: haec os non habet, vino austero
28,203. trita et pota alvum citat. fel lupi cum ela-
23,101. terio umbilico inlinitur. cydonia in melle
23,132. servata cruda manducantur a ieiunis. pruna
23,135. a ieiuno eduntur. mororum maturorum

1 dragmę *vel* drag̃. *vocabulo repetito semper g* (*Marc.*), *pro quo notam* ʒ *ponit d* (*om. r,* uncias *b*). 2 scini *gdr*, scyni *b* (*om. M*, *ut et opium et piper album*). 4 *fort. scr.* cum mellis *etc.* 5 dispumato *d.* | vaso *g*: vase *d.* 7 mulsi mixti ex a. c. *gd* (*r*, mulsa mixta ex a. c. *b*). *cf. Marc.* ex a. c. vel ex mulso in potione dabuntur. | drach. IIII aut etiam minus ... *M.* *tit.* De ventre molliendo *d.* 8 Mena salsa *gd.* | i. salsi pisces *d.* 9 inlinitur *g*, illiniuntur *d.* 10 potatum (*gdb*): potui datur *r* (*fort.* potatur). 11 ventriculus ... editur *r* (*verb. fin. om. etiam b*). 12 alvum sistunt. *sec. Pl.* 14 Lens non percocta *db*: Lens bene cocta *g* (*sed* bene *in ras. corr. al. m.*). | sorbetur: *sic gdrb. cf. Pl.* lens optima ... quae maxime aquam absorbet ... alvum sistit ... discocta, eadem solvit minus percocta (*cf. infra c.* 6). 16 austeri *g.* 17 pota *gb*, potata *d.* | elatorio *d.* 18 cydonia *g*: cidonea *d* (*et sic semper*). 20 eduntur: manducantur *iterum d.*

Digitized by Google

sucus potui datur. ammoniacum potioni 24,23.
additur. ulmi cortex tusus: denarii pondus 24,48.
in hemina aquae frigidae etiam purgat. aqua 30,68.
bibitur in qua gallinacei decoxerint. hirun- *ib.*
dininus fimus adiecto melle suppositus. sa- *
licis sucus ex vino mulso potatus. thalasso- 31,68.
meli iucundissime purgat sine stomachi
vexatione, et odore grato et sapore. quod *ib.*
sic fieri debet: aquae marinae et aquae caelestis eadem mensura et mel eiusdem portionis permiscentur, et servatur in vaso fictili picato.

**VI. Ventri sistendo.**

Cancri fluviatiles triti ex aqua bibuntur. 32,101.
sativi siseris sucus in caprino lacte potatur. 20,35.
ocimum tritum ventri inlinitur. panicum in 20,122. 22,131.
lacte caprino decoctum more sorbitionis in
die sumitur. vetus panis nauticus tusus et 22,138.
iterum coctus ex aqua bibitur. in aqua cor- 22,141.
tices fabae ad tertias decoctae prosunt. lens 22,142.
ex aqua caelesti decocta sorbetur. acetum 23,56.
merum sumitur. mala silvestria eduntur. 23,104.
aqua in qua pira agrestia cocta sint bibitur. 23,116.
silvestrium prunorum bacae vel ex radice 23,133.
cortices in vino austero decoquuntur ut ter-

2 tunsus *hic g* (*antea semper* tusus). | pondus: *sic gdb.* 4 quo (*sic*) *d.* gallinae pedes decocti fuerint *r.* | hirundinus *db.* 5 suppo-ıitur *r.* 6 potatus valet *r.* | Talasso melli *d.* 7 iocun-lissime *gd* (*hic, sed* iucundissime *g* 1,3). 9 *post* debet *addi-ur in textu gd*: Confectio thalasso melis (thalassa mellis *d*). ıque m. *etc.* 11 servatur *g*: servantur *d.* | vaso *g*: vase *d.* *tit.* Ad ventrem sistendum *d.* 14 Sativi ciceris *g*, Sativicio ris (*sic*) *d* (sativi cineris $b^m$, Mori *rb.* *cf. Fraas fl. cl.* 144.140. *Graff Sprachsch.* II 845). 17 in die *drb:* bis die *Pl.* | et m. *d.* 20 sorbetur: *cf. supra c.* 5. 22 pira: pruna *grb*, ıruna (*sic*) *d.* 23 silvestria *d.* | prunarum *gd.* 24 austeri *gd.*

Digitized by Google

tia pars decidat, idque vinum bibitur merum,
23,135. cyathus unus in die. mororum sativorum
23,160. inmaturorum sucus bibitur. sorbetur sucus
30,60. seminis myrti. palumbus ferus ex pusca
*ib.* coctus in cibo datur. fimus columbinus
30,61. cum melle ventri inlinitur. bibitur anatum
* mascularum sanguis. flores vel cincinnos de avellana colligis et mittis in furno ut siccentur, et cum siccati fuerint teruntur et ex vino propinantur. iuniperi bacae tritae ex vino nigro id est ex uvis nigris expresso
24,79. potantur. flos hederae tribus digitis sumptus
24,116. in vino austero bibitur bis in die. bacae
24,119. acrifolii ex vino potantur. ruborum in quibus mora nascuntur cauliculi ex vino austero
30,59. decoquuntur et in cibo dantur. coclearum quae vivae crematae sint cinis potioni ex
26,44. vino austero inspergitur. plantago editur
26,45. ex aceto cocta. symphyti radix ex vino
30,59. bibitur. gallinacei iecur assum in cibo sumitur.

## VII. Cholerae.

Cholera ventris vitium est malum, prae-
* ceps — mirifice prodest compositio quae infra scripta est. olivae quam veterrimae aqua calida eluuntur ita ut saporem salis

4 feminis *Pl.* (*ante Detlefs. qui correxit ex cod. V*). | Balumbos ferus *d*. 7 masculorum *gdrb*. 8 colliges ... mittes *db*. | furno (*sic*) *gd*: furnum *b*. 10 bachae *g* (bacce *d*). 11 exuviis *g* (*ut supra*). ex uvis nigris vel ex vinea (*quod om. grb*) propinantur *d*. 13 Bachae crifolii *g* (*sed g*[c] caprifolii), Bacce acrifolii *d* (*ipsius Plinii lectio corrupta*). 14 in: ex *d*. 17 sint *gb* (*Pl.*): sunt *d*. 18 austeri *g*. 19 Synfiti *g*, Simphiti *d*: samsuci *r*. *tit.* Ad colera *gd* (Choleribus *ind. tit. g*).
23 *compositionem quae seq. hic non recte positam sed aut alienam esse aut certe loco suo depulsam, docent versus* 6—7 *pag.* 49.

Digitized by Google

amittant et enucleatae cum pipere teruntur,
quibus admiscentur coria mali in aceto de-
cocta, oleum et acerrimum acetum cum
tribulas adicitur. oportebit autem qui cura-
bitur potione quam diutissime abstinere —
utpote quod et vomitu et per sedem ex-
hauriat. adversus quam lactucae caules 20,67.
quanto maiores et amariores in patina co-
quuntur ex aqua et sic eduntur. cydonia 23,100.
matura cruda in cibo sumuntur. optime
facit et potio cuius compositionem cum de (23,133.)
stomacho diceremus exposuimus. bacae acri- 24,116.
folii tritae et ex vino datae. mororum de 24,120.
rubo sucus efficaciter bibitur. aqua marina 31,66.
calida clysterio infunditur.

### VIII. Torminibus.

Lactuca discocta editur ex oleo cymino *
sale sinapi. ovum crudum diffunditur in *
vaso, putamen eius impletur oleo quod in
vaso diffunditur, eadem ratione et vinum
et mel, vinum sit austerum: haec permi-
scentur in unum coclear io, et bibitur. holera * (*om. r*)

3 et oleum *d.* | acerrimum *om. d.* | cumtriblas *g* (*et ante corr. d*), cum tribulis *d*[c]. 6 utpote quod (*i.* quia hoc malum, *cf. ed. Rom.* II, 25 *in. ubi haec primis huius capituli verbis* Cholera ... praeceps *iunguntur, tamen etiam infra repetuntur post compositionem ab editore Plinianis ex margine insertam, paulo mutata sic*: quo et vomitum per sitim exhauriat). | vomitum (-tū) *d* (vomitum provocet et p. sitim exh. *priore loco r*). 7 Adversus quam (*sc.* choleram *gd et pr. l. r*): In aqua (*ex em. altero loco*) *b.* 9 cydonia *g*: cidonea *d.* 10 in cybo *g.* 11 *vid. supra c.* 6 *ex Pl.* 23,133. 12 Bachae ⟨cap⟩rifolii (*ut supra*) *g*[c] (*ut scil. in unius litterae rasura sit* cap, *fortasse pro* c *ut supra* 2,6. aquifolii *Marc.*). | agrifolium ... datur *r* (prosunt *add. b*, subveniunt *M*). *tit.* Ad tormina *d.* 18 *et* 19 vaso *g*: vase *db.* 19 diffunditur: *cf.* coicitur 1,25. 20 austere *gd* (*b*, -rum *r*). 21 et ad quantitatem coclearii unius bibuntur *r.* | Olera *hic g.*



Digitized by Google

20,136. discocta ex sale eduntur. ruta cum hysop
discoquitur eaque aqua ex vini potione m
28,206. scetur. panis cum lacte caprino decoctu
bis in die sumitur more sorbitionis. i
23,81. olei cyathis sex ruta decoquitur idque oleu
23,109. bibitur. malum punicum tusum ex tribu
heminis vini coctum ad heminam emendat
*ib.* malum punicum in olla addito opercul
exustum in furno et tritum datumque i
(24,118.) vini potione discutit. ruborum qui ferunt
mora cauliculi teneri tunduntur et ex his
exprimitur sucus, qui in sole ad crassi-
tudinem mellis coquitur: hic potus effica-
23,61 (*cf.* 60) cissime prodest. lien pecudis tostus tritus
*ib.* ex vino bibitur. palumbus ferus in cibo
*ib.* datur decoctus in pusca. anas viva appo-
nitur ventri, in eandem morbus transit,
31,66. itaque moritur. aqua marina calida clysterio
28,206. infunditur. vinum tepidum addito coagulo
leporis potui datur, creditur efficacissimum.

## VIIII. Tenesmo.

28,211. Tenesmo laborat is qui subinde concu-
piscit desurgere et nihil eicit. ad hoc vi-
30,57. tium senectus anguium cum rosacio in vaso

2 eaque *gb:* eque *d* (et ea *r*). 4 In olei cyatis sex *g*, in ole ciatis. vi. (*sic cum albo*) *d* (in olei sexta. v. *r*, *ubi ad seqq. haec trahuntur, ut et in gb*, *non ad ea quae praecedunt ut in d*). 5 decoquitur in oleo idque ... *d* (*cf. ad v.* 4). 6 malum — emendat: *sic gb recte*, *nam d post* tusum *male transit ad seq. remedium inferens haec* in olla addito operculo exustum in furno, *quae mox suo loco repetuntur*). 7 ad heminam *gb* (*Pl.*): et eminam (*bis*) *d*. 10 qui *db*: que *g*. 14 tostus *g* (*Pl.*): totus *drb*. 16 Anas *et g*, *sed g*[e] Ana[ta] (*sic*)! *cf. vet. germ.* anut, anat). 18 calido *d*. 19 addit (*sic*) quagulo *g*. *tit.* Thenesmon qui frequenter se levat. ut procedat et nihil eicit. *g*, Ad tenesmon *d*. 21 Thenesmon *gd*. | laborat is qui *ego*: laborantes qui *gd* (*et om.* qui *b*). | concupiscit ... eicit *g*: concupiscunt ... eiciunt *db*. 23 vaso *g*: vase *db*.

Digitized by Google

stagneo coquitur et ventri inlinitur. et si
exulceratio non sit, ostreae ex mulso de- 32,64.
coctae eduntur. lac bubulum potui prodest. 28,211.
ius piscium maritimorum in patina deco- 32,101.
ctorum cum lactucis sorbetur aut pane colli-
gitur. holus [id est caules] discoctum edi- 20,86.
tur cum sale. aqua marina ex alto hau- 31,64.
ritur, servatur in vetustatem, vires inde
deponuntur: bibitur cum vino aut aceto,
vomitu praecedente. aquam marinam aliqui 31,65.
per se dant, sed raphanos supermandi iubent
ex mulso aceto ut vomatur. pulticulam sili- *
ginis salsam bene sine oleo edendam dabis.

## X. Dysentericis.

Holera discocta cum sale eduntur. per *
se bulbi triti dantur in vino austero: potio 20,104.
miscetur caelesti aqua. coctum ocimum in 20,122.
cibo datur. ruta cum caseo teritur in vino 20,140.
Verrucae abolentur urina recenti canis 30,81 (*om. r*)
cum suo luto inlita. fimi canini cinere *ib.* (*om. r*)
cum cera [et cepa] imposito. fimo ovium *ib.*
inlito. sanguine murium recenti. erinacei *ib.* *ib.*
felle. sanguine lacertae. fimo gallinacei cum *ib.* *ib.*
oleo et nitro. efficaciter tolluntur ocimo 20,123.
cum atramento sutoricio. inmaturarum fico- 23,118.
rum lacte cum axungia mixto. capitum 32,128.
menarum cinere cum alio trito. cinere 28,223.
fimi vitulini ex aceto. asini urina cum *ib.*
suo luto.

## XXX. Ad livores et tumores.

Recenti livori cortex raphani ex melle 20,24.
tritus imponitur. alium ustum tritum ex 20,55.
melle. holus tritum crudum per se. apium 20,88. 20,115.

3 cepa (*Pl.*, *Marc. p.* 235 *extr.*): cera *gdb*$^m$ (*utrumque habet rb sic*: cum creta contritus cum cepa imp. *cf. infra ad v.* 8). 4 Nevos *gd.* | cocta et imp. *db*: coctae imposita *g.* 7 luta *g.* 8 et cepa (cepe *d*) *gdb*: *om. Pl.* (*fort.* cum cera vel cepa *sic ex dubia lectione apposita*). | imposito *g*: -ta *db.* | ovium *gdb*$^m$: avium *rb.* 9 murium *gd*: murino *rb* (*Pl.*). | erinacei *d*: irinacii *g* (herinacii *b*). 10 cum sanguine *d*, et sanguine *rb.* | laceratae (*sic*) *g.* | gallinacei (-cii *g*) *gd*: -ceo *rb* (*Pl.*). 11 efficaciter *gb*: -cissime *d.* | tolluntur *grb*: tollunt *d.* | Ocimo *rb* (*Pl.*): Cymino *b*$^m$, *sed utrumque sic habent* Cymino ocimo (Cimino occimo *d*) *gd.* 12 suturicio (*sic*) *gd*: sutorio *b.* | immaturorum *rb.* 14 minarum *gd.* | cinerem *gd.* | al(l)io *gdb*$^m$: oleo *rb.* 15 vitulini *gd* (*Pl.*): vituli *rb.* | asini urina cum suo luto *gd*: asininae urinae llūuto (*sic*) *r* (*unde* luto *male b*, *cf. Pl.* asini urinae lutum *pro* cum — c̄ — luto).

Digitized by Google

* (*cf.* 20,240) viride tritum cum albo ovi. sinapis alexandrini
heminam triti, adipis anserini uncias IIII,
mellis selibram in mortario commisceri
oportet et in panno induci et parti quae
ex contusione in dolore est imponi, et
22,139. mirifice remediat. percussa in facie aut
24,116. discorticata pane ex melle sanantur. acri-
folii radix decoquitur, teritur et imponitur
30,28. livori et tumori. pulmones pecudum in
tenuissima frusta conciduntur, deinde con-
iecta in aquam ferventem calida subinde
*ib.* (*om. rb*) tumoribus imponuntur. columbino fimo con-
31,65. trito utuntur. aqua marina calida utiliter
tumores foventur, deinde postea aceto aeque
(26,122.) calido. plantagine cruda et contrita si tu-
mor sive duritia cataplasmetur, efficaciter
* sedatur: quod remedium et alia huius modi
31,100. curat et carcinomata. sal in saccum linteum
coicitur, deinde intinctus in aquam ferven-
tem et ita calefactus crebro imponitur.
31,129. livorem ab ictu recentem spongia ex aqua
28,234. salsa calida saepius imposita tollit. miri-

1 alexandri himinam (*sic*) *g*, alexandrini emina *d*. | *pro his* (*quae paulo post subiciuntur*) *ex ipso Plinio* 20,240 *brevius habent rb*: Sinape item tritum cum melle et adipe anserino. 2 ∽ IIII *d*. | triti heminam *rb*. 3 mellis si libram *g*, mellis libram *d*, mellissae (melissae *b*) libram *rb*. 4 et in panno induci *g*: et in patino adduci *d* (et panno induces *rb*). | et parti — est *grb*: partemque ex contusione dolori *d*. 5 et *gd*: *om. rb*. 6 remediat *g*: emendat *d*, sanat *rb*. | percussa: incussa *Pl.* (*sed cf.* 22,138). 7 discorticata (*ex glossa?*) *gdb*ᵐ: desquamata *rb* (*Pl.*). | sanatur *gd*. | acrifolia (*sic*) *d*, agrifolii *r*. 8 et teritur *d* (et trita imp. *rb*). 14 tumores (*Pl.*): humores *gd* (tumor fovetur *rb*). | deinde postea *g*: deinde *d*. | aeque calido *g*: aqua calida *d* (*haec om. rb*). 16 sive *grb*: sit sive *d*. 17 sedatur *grb*: medetur *d*. 18 canceromata *gdb*ᵐ, cautromata *rb*. | s. conicitur lineum *d*. 19 intinctus ... calefactus *gd*: -tum *rb*. 20 crebro *b* (*Pl.*): cerebro *gd*.

Digitized by Google

fice facit adversus tumores fimum suillum
sub testo calefactum tritumque cum oleo.
vitiatis ex percussu fimum aprinum de- 28,237.
coctum ex aceto imponitur. eiusdem fimi 28,238.
arida farina inspersa potioni eversis uti-
lissima est. aliqui putant melius esse eius- *ib.*
dem fimi farinam ex aqua bibere. itaque 28,237.
sic curantur agitatores tracti a quadrigis et
rotis pressi. proximam huic putant suillo 28,238.
fimo vim inesse. luxatis recens fimum vel 28,234.
aprinum vel suillum vel vitulinum imponi-
tur. verris spuma recens cum aceto in- *ib.*
linitur. fimum caprinum cum melle. bu- *ib.* *ib.*
bulina caro trita. ruptis convulsisque in- 30,71.
linitur fel ovillum cum lacte mulieris. cancri 32,103.
fluviatiles triti cum lacte asinino.

Ponimus hoc loco compositionem em- *
plastri quo Sagaris uti solebat pancratiastes de nobilissimis adversus omnia quae in eiusmodi certamine solent inferri. quod praeterea furunculis strumis vulneribus collectionibus podagris quoque medetur. in cacabum novum fictilem coicitur spumae argenti tusae cribratae libra, olei veteris sesquilibra.

1 fimum (*etc.*) ... tritumque *g*: fimus ... tritusque *db*. 2 testo *g* (*Pl.*): testa *drb*. 3 percussu *g*: percusso *drb* (*Pl. codd. VR*). | fimum *etc. g*: fimus *etc. db*. 5 farina [ex aqua bibere] inspersa *d* (*bis positis — cf. v.* 7 — *quae uncis exclusi*). 7 fimi *om. d*. 7—8 *mutilata haec in rb*: eiusdem fimi fracti a quadrigis ... 8 tracti a quadrigis (*Pl.*): fracti a (a *om. d*) quadrigis *grbd*. 9 pressi *grb*: pressis *d*. 10 vimen esse (*sic*) *g*. | fimum *g*: *om. d*, fimus *b*. 11 aprunum *g*: aprinus *etc. db*. 13 fimus *etc. db*. | bubulina *g*: bubuli *d*, bubula *rb*. 14 contrita *d*. | ruptis *etc. ad priora referunt gdrb*. 15 ovillum *gd*: ovium *rb* (*Pl.*). 17 emplastri *om. d*. 18 sagares *gdrb*. | prancatiastes (*sic*) *gd*. 19 eiusmodi *gd*: huiusmodi *rb*. 20 oferri *d*. | quod *om. d*. 21 furunculus *g*. | concollectionibus (*sic*) *gd*. 23 conicitur *d* (*b*). 24 libra .I. *r* (l. una *b*). sesquilibra $gbd^{c}$: sexqlibra (*si* superscr.) *d*, I. et semis *r*.

haec coquuntur et subinde tudicula permiscentur: modus est ut fiat crassitudo glutinis fabrilis. tunc additur picis siccae pondo quadrans, sevi taurini diligenter contriti pondo uncia, et interposita horae dimidia parte cum desederit tudicula, in aqua frigida missa et amota digitis inquinatis tollitur et cum opus fuerit in linteolo spisso imponitur ita ut oleo non tangatur.
13,126. Nero initio imperii sui quotiens *in*
nocturnis grassaturis in faciem verberatus esset, tapsia cum ture et cera caesa inlinebat et postero die, sine ullis argumentis rixae, populo romano vultum suum spectan-
22,127. dum praebebat. si sanguis suffuderit, farina
frumenti pollinis ex aqua temperatur, eaque tantam habet potentiam ut sanguinem perducat usque ad fascias.

### XXXI. Ad paralyticos.

20,85. Nullus tam idoneus est paralyticis ci-
24,94. bus quam holera. rubia salubriter ab his

1 tudicula: *sic gdrb. item infra v.* 6. *cf. lexx. s. v. et s.* rudicula. 3 glutis *gd.* | adiicitur *rb.* | piscis *d.* 5 unciam *g*, unč. *d.* | et *om. rb.* | interpositae (-te *d*) *gd* (-ta *rb*). 6 desiderit *g*, desierit *drb.* 7 missa (*sc.* compositio?). | et amota *gdrb.* | inquinatis: inquinata *gdrb.* 8 tollitur *r* (tollit *b*): retollitur *gd*, recolitur $b^{m}$. | et *om. g.* | fuerit *om. g.* | linteo (*om.* in) *rb.* 10 in inicio *d.* 11 grassaturis *grb*, crassaturis *d* (grassationibus *Pl.*). 12 erat *rb.* | tapsia (tabsia *g*) *gd*: tapsiam *rb.* | et cera cesa *d* (*cf. Pl.*): et caere caesa *g*, et caerosa *r* (et cerusa *b*). | in(l *d*)linibat *gd*, illiniebat *b* (inlinens *Pl.*). 13 postero *rb* (secuto *Pl.*): -ra *gd.* 14 populo romano *grb*: populo ≡ (*sic cum ras.*) *d.* 15 sufuderit *d.* 16 pollinis (*sic*) *gd*: *om. rb* (farina in pollinem subacta *Pl.*). | temperatur *gd*: temperata imponitur *rb.* 17 perducat *gd* (*Pl.*): producat *rb.* 18 usque fascias *g* (usque ad f. *db*, in f. usque *Pl.*). 20 quam bolea (*sic*) rubea. Salubriter ex his *etc. b* (*om. r cum toto capitulo*). | Robia *gd.*

Digitized by Google

bibitur, sed ut usus sequatur balnei. ali- *
qui solent solia temperare addito euphorbio.
pingue glirium et soricum decoctorum ex 30,86.
aqua dant edendum.

**XXXII. Psilotrum.**

Sunt qui vel suis pilis vel servorum
suorum in balneo offendantur, sine ulla
quidem ratione: sed illorum quoque per-
suasioni succurrendum est et monstrandum
quemadmodum effici possit ut evulsi pili
non renascantur. nam omni psilotro sic 32,136
utendum est ut priusquam adiciatur, resina (*cf.* 14,123).
pili auferantur.

Sanguisugae vivae tostae in vaso fictili 32,136.
ex aceto inlinuntur per horas tres, deinde
in balneo abluuntur. lacte canis primi- 30,133.
parae inlinitur. amerinae nigrae semen 24,58.
cum spumae argenti pari pondere inlini-
tur a balneo. sanguis vespertilionis. vi- 30,132. 30,133.
pera exemptis ossibus in tribus heminis
olei discoquitur et teritur: hoc peruncti
psilotrantur. fel erinacei inlinitur. *ib.*

**XXXIII. Contra venena.**

Cum adversus omnes morborum in-
cursus fuerimus diligentissimi, non ideo

1 Sed ut $g^{c}b$ (ita ut *Pl.*): si *d*, Sed *ante corr. g.* 2 addito *gb*: adhibito *d.* 4 dent *d.* *tit.* Psilotrum *r*, -thrum *b*, Psylotrum *g*, Ad psilotrum *d.* 7 suasioni *r* (*non b*). 8 succurrendum *rb*: occurrendum *gd.* 9 evulsi pili *grb*: evulsis pilis *d.* 10 Nam omni *gd*: Non omni autem *rb.* 13 Sanguissuge *gd.* | tostae *gd* (*Pl.*): tunsae *r* (tusae *b*). | vaso *g*: vase *db.* 14 illiniuntur *db.* | per horas tres (.III. *r*) *gb*, per .III. horas *d*: *om. Pl.* 15 primiparae (*Pl. codd.* $R^1V$): primi partus *gdrb* (*ut Pl.* $R^2$ *etc.*). 17 spumae *grb*: spuma *d* (*Pl.*). 18 a balneo (*Pl.*): balneo *g*, in balneo *drb.* | Sanguis *gb*: sanguine *d.* 21 irinacii *g*, herinacei *d* (-cii *b*). 22 *Hoc novi potius libri prooemium ipsi capitulo praecedenti adnectitur in gdrb. titulum ipse inserui.* | incursus morborum *d.*

Digitized by Google

tamen habebimus spem certam salutis, cum ex improviso serpentes saeviant, mures aranei, phalangia, et his omnibus nocentiores sint venefici hominis morsus. adversus haec itaque convertendus est animus instruendis remediis, ut appareat benignitatem naturae etiam ea mortifera esse noluisse.

* Tithymalli sucus oleo inlinitur in sole
* frequenter, et hyaenae sanguis inlinitur.

* Antidotum mithridaticum laudant medici eiusque compositiones diversas afferunt et ad commendanda migmata pretiosa propter raritatem ingentes pecunias poscunt. appendunt namque singulas libras vicenis sestertiis et infelicium credulitatem hoc quoque ingenio circumveniunt ut illis persuadeant emere quae noceant. alia namque stomachum laedunt, alia caput adgravant, alia pallorem afferunt et corporis maciem. itaque frequenter accidit ut ei qui illorum antidotis usi sunt, miserius morerentur quam si

1 certam *gd*: *om. rb*. 2 muresque *r*. 3 falangii *g*, phalangii *d*, et phalangei *r* (-gii *b*). | et omnibus his *d*. 4 sint *g*: sunt *drb*. | veneficii *g*. 5 in instruendis *d*. 6 appareat *grb*: aperiant *d*. 7 ea *rb*: ea que *gd*. | esse (ẽẽ *g*) noluisse *grb*: constat novissime (*sic*) *d*. 8 Titymalli (*g*)—inlinitur *gb*: *om. d*. 10 *hic novi capituli titulus apponitur in gd* (*cf. rb*): XXXIII Antidotum contra venena. *itaque titulos in margine et olim fuisse positos et nunc esse ponendos vel ex hoc uno titulo manifestum est, qui medium dirumpit capitulum particulae tantum proprius.* | mi(me *d*)tridaticum *gd*, mythridaticum *r*. 11 diversas afferunt compositiones *rb*. | asserunt $g^c$ (*ex afferunt*). 12 migmata *gd*: pigmenta *rb*. 15 credulitatem *b*: crudelitatem *gdr*. | hoc — circumveniunt *om. r* (*non b*). 17 namque alia *r* (*non b*). 18 caput—maciem *r*: caput. alia pallorem afferunt. adgravant (aggravant *d*) et corporis maciē (corpus macie *d*) *gd* (caput aggravant, alia p. afferunt, aggravant et corporis maciem *b*, *quod ex utroque male compositum est*). 19 itaque *gd*: et ita *rb*. 20 ei: hi *gdrb*.

Digitized by Google

bibissent venenum. Pompeius autem magnus 23,149.
Mithridate devicto invenit in scrinio eius
ipsius manu scriptam compositionem, qua
ille praesumpta adversus omnia veneficia
in totum diem tutum se incolumemque
praestabat: nuces iuglandes duae, ficus siccae
duae, rutae folia XX, salis granum I in
unum contunduntur et devorantur a ieiuno.

Electrum est aurum in quo quinta pars 33,80.
argenti invenitur. ex quo si quis vaso po- 33,81.
tatorio utatur, insidias veneni vitabit. dis-
currunt enim in eo arcus caelestibus si-
miles cum igneo stridore, eoque modo
*du*plici ratione deprehenditur scelus. est 33,80.
electrum fictum in auro addita argenti parte
quinta, sed hoc tantum praestat quantum
illud naturale.

Ergo monstravimus quo antidoto vene-
num non admittatur et quo vasculo argua-
tur. nunc et remedia suggeram.

Centaurion potum omnia mala medica- 25,127.
menta exigit per alvum. aristolochiae radix 25,128
pondere denarii ex hemina vini bibitur. (*cf.* 101).
sanguis caninus hauritur adversus toxica. 29,58.
coagulum agninum in potione, ventriculus 29,104.
*ciconi*ae cum lacte ovium in cibo datur. 29,105.

2 mitridate *gd*, Mythridate *r*. | devicto mitridate *d*. 4 ille *gd*: ipse *rb*. | maleficia *d*. 5 se *om. d*. 6 praestabat *grb*: pr̄avit *d*. 7 in unum *gd* (simul *Pl.*): in vinum *rb*. 10 invenitur argenti *d*. | vaso *g*: vase *db*. | portatorio *d*. 12 enim *om. d*. | similis *g*. 13 cum *om. d*. | eoque: eo *d*. 14 Est *grb*: *om. d*. 15 fictum *gdb*: *om. r*. | argenti parte addita quinta *d*, a. a. quinta parte *rb*. 16 sed et hoc *d*.

18 Ergo *grb*: $\overset{o}{\mathrm{Q}}$(Quo) *d*. | monstrabimus *g*, demonstravimus *d*. 20 et *om. d*. | suggeremus *rb*. 22 Aristolociae *gr*, -logie *d*. 23 pondere *b*: pondus *g*, pondo *d*, *cf.* 1,17. 25 agninum *gd* (*Pl.*): anguium *rb*.

Digitized by Google

*ib.* mustela vulgaris inveterata drachmis binis
29,104. potatur. sanguis anatum ponticarum ser-
28,158. vatur spissus et diluitur ex vino. asinini
28,161. sanguinis potus venena restinguit. haedi
sanguis utiliter bibitur.

### XXXIIII. Contra leporem marinum et pastinacam.

Saeviunt quidam et marino lepore. qui
32,9. cum sit genus piscis, mortem infert in
cibo impactus, non subitam sed quae traha-
tur quantum plerique existimant totidem
*ib.* diebus quot is lepus vixit. atque qui has
insidias inciderit ipse suo corpore ostendit
veneficium, habet namque odorem piscis.
32,58. hoc periculo liberabitur cancris marinis
32,59. coctis et in cibo sumptis. ostrea fricta in
20,223. cibo sumpta. malva cum sua radice co-
29,104. quitur et sucus eius potui datur. sanguis
anserinus aequa cum olei portione bibitur.
28,162. ad omnium marinorum ictus coagulum le-
poris et haedi vel agni bibitur ex vino
cyathis tribus.

### XXXV. Contra murem araneum.

* Mus araneus exiguus est ultra modum,
longo rostello, oculorum acie obtusa, et

2 anetarum *rb.* 3 asini sanguis *rb.* 4 restringit *gdrb* (*cf. Pl.* restinguntur). *tit.* Contra marinum leporem *d.* 6 Astruitur quidem et de l. m. quod *rb.* 7 infert (inferat *rb*) in cibo inpactam *gdrb. cf. Pl.* 8 sed *om. gd.* | trahatur *db*: trahitur *g.* 10 quod is plus (quot displus *d*) vixit *gd,* quot is vixit *rb* (*cf. Pl.*). 11 ipse *g*: ipso *db.* 12 beneficium *gd.* | odore *g.* 14 fricta *g* (fricta et *rb*): frixa *d.* 15 sumpta. (*sic*) *gdrb.* 16 eius *om. d.* 17 aequa c. o. portione *Pl.*: aeque (eque) cum olei potione (pocione) *gdrb.* | bibitur *gd*: *om. rb.* 18 maritimorum *d.* | quagulum *g* (*ut semper fere*). 19 ex vino *gdr* (ex vini *b*). 20 cyathis (ciatis) tribus: drachmae pondere *Pl.*

Digitized by Google

ideo quantum existimo iners est huius na- 29,89.
tura ut non possit transire orbitam. mor-
sum venenatum habet, cui sic occurritur.
coagulum agninum ex vino bibitur. ungulae 29,88. *ib.*
arietinae cinis cum melle imponitur. ipse 29,89.
mus araneus divulsus imponitur. terra quam *ib.*
in orbita rota depressit plagae imponitur.
talpa discerpta imponitur. 30,20.

## XXXVI. Contra phalangium.

Phalangium praecipue in leguminibus
et in hortis observatur, sed et araneus et
alia genera bestiolarum mortifera, quorum
morsus non sentiuntur sed pruritu intel-
leguntur. adversus haec omnia vinum me- 23,43.
rum bibitur. acetum calidum in spongia 23,55.
quam amplissima imponitur, ita ut tres
sextarios aceti habeat, sextantem sulphuris.
radicis hederae sucus bibitur. sucus bibi- 24,79. 24,120.
tur mororum de rubo. gallinacei cerebrum 29,88.
cum piperis exiguo additur in puscae po-
tione. fimi pecudum cineres ex aceto. *ib.*

## XXXVII. Contra serpentes et hominis morsus.

Serpentes praecipitem morsum inferunt.
quos sanare in promptu est, cum etiam

1 est huius natura: et huius natura *grb*, et huius nature *d.* 3 m. habet venenatum *d.* | sic *gd*: si *rb.* 4 quagulum *g.* | anguium *iterum rb.* 7 orbita *rb*: -tam *gd.* 9 Phalangius *rb*: 10 araneus *grb*: -nea *d.* 11 bestiarum *d.* 12 morsus *grb.* morsū *d.* 14 Acetum calidum in spongia *rb* (*Pl.*): Aceto calidum (*sic*, calido *d*) spongia *gd.* 16 sextantem *drb*: sex tantum (*sic*) *g.* 19 additur: Adduntur ... *quod ad seqq. male trahunt*) *gdrb.* 20 *suppl. ex Pl.* inlinuntur. *tit.* Ad serpentis et hominis morsum *d.*

Digitized by Google

29,77. ipsas fugare sit facillimum vulturinarum
25,119. 28,149. pinnarum suffitu, ebuli fumo, nidore usti
29,71. cornus cervini. viperae qui iecur coctum
hauserit negatur umquam a serpentibus
(20,126.) feriri. erucis ex aceto tritis perunctos non
29,77. mordent. habentem secum cor vulturis nec
serpentes nec ferae appetunt.

Nunc remedia morsibus subiciemus.
20,23. raphanus sativa ex pusca coquitur et trita
20,51. plagae imponitur. alium tostum cum resti-
20,260. bus suis et tritum ex oleo adicitur. radix
22,130. ferulae ex vino medetur imposita. farina
22,151. milii cum pice liquida optime facit. ervum
tritum ex aceto et ad serpentium morsus
et ad omnium ferarum et hominis mirifice
23,43. medetur. vinum merum in spongia impo-
23,138. nitur. mori folia trita recentia: si arida
sint, decocta et aeque trita imponuntur.
25,136. 25,78. hysopi semen bibitur. eius qui percussus
est vertex inciditur eoque additur euphor-
bium: medetur quacumque parte corporis
25,100. periculum est. centauriae radix pondere
25,101. denarii in tribus cyathis vini bibitur. vet-
tonica herba trita morsui imponitur. aga-
rici oboli quattuor in duobus cyathis aceti
25,101. mulsi propinantur. aristolochiae radix pon-

1 ipsas *g*: ipsos *rb*, illas *d*. | sit facillimum est (.ē.) *sic d*. 2 pinnarum *g*: pennarum *d*. | penna sufficii (*sic*) *r* (penna, suffitu *b*). 5 ex: cum *d*. | *haec scil. e lacuna loci Pliniani* (20,126)? 6 nec serpentes *om. d*. 8 subiciam *d*. 9 sativa (*ut Gargil.*) *gd*: -vus *rb* (*ut Pl.*). | pusca *Pl.*: aqua *gdrb*. 10 tostum *gdrb*: potum *male text. Pl.* 13 Erum *g*. 15 et ad omnium *g*: et omnium *rb*, et ad omnia *d*. | hominum *d*. 18 sint *grb*: sunt *d*. 20 eoque *gdb* (vertex—22 est *om. r*). 22 centauriae *gdrb*: -ri (rii) *Pl.* | pondus (*g*, pondo *d*, pondere *rb*) denarii: drachma *Pl.* (*item v.* 26). 23 Vettonica *g*: Vetonia *d*, Bettonica *rb*. 25 obuli *rb*. 26 Aristolociae *gr*, -logie *d*. | pondere *rb*: pondus *g*, pondo *d*.

Digitized by Google

dere denarii in vini hemina saepius bibitur. et ipsa ex aceto contrita imponitur *ib.*
plagae. fimus pecudis recens vino decoctus 29,59.
imponitur. mus discerptus adicitur. viperae *ib.* 29,69.
morsui viperae cuiuslibet tritum et appositum caput efficacissime prodest. carnibus 29,78.
gallinaceorum discerptorum ita ut tepeant extrahitur venenum. item gallinarum ce- *ib.*
rebrum et gallinacei plagae imponitur. sal 31,98.
cum origano et hysopo ex melle. fraxini 16,64.
tenerorum foliorum sucus bibitur et ipsa super plagam adicitur.

Non omittenda theriaca qua Antiochus 20,264.
rex adversus omnes serpentes utebatur praeter aspidem. quae adeo probata est experimentis ut Coi in templo Aesculapii incisa sit in lapide. quam sic componi oportet. opopanacis serpylli mei singulorum binae drachmae, trifolii seminis pondus denarii unius, anesi et feniculi seminis et ammii et apii singulorum pondus denariorum senum, ervi farinae pondus denariorum duodecim. haec singula tusa cribrata, deinde mixta ex vino teruntur et digeruntur in

3 plage imponitur *d.* | in vino *Pl.* 4 decerptus *g.* 7 ita ut tepebunt—appositis *Pl.* 8 gallinarum (*sic propter item illud correxi ex Pl.*): columbarum *gdrb.* 9 et *om. g.* 10 ex *grb* (et *Pl.*): cum *d.* 12 plaga *d.* 13 est et theriaca *rb.* | teriaca *g*, thiriaca *d.* | qua *grb*: quam *d.* | anthiocus *d.* 16 coıı (*sic*) *g* (Coi *Pl.*): apud insulam Coum *rb*, *om. d.* | aescolapii *g* (escu- *d*). 17 incisa sit in lapide *grb*: incideret (*sic*) in lapidem *d.* 18 opopanicis. serpulli *g.* | mei (*Pl. coll. Gal.* xiv, 185. 186): mellis *gdrb.* 19 binae *gd*: *om. rb.* 20 aneti *gdrb.* 21 ammii (*Pl.*): amuli *gd*, appuli *r* (apuli *b*). 22 senum (*Pl.*): seminis *gd*, semis *rb.* | denariorum duodecim *g*: denar̄. xii. *d*, den̄. xii *r* (duodecim *b*). 23 tusa *Pl.*: trita *gdrb.* | et cribr. *drb.*

Digitized by Google

pastillos ponderis victoriati, deinde in vaso
vitreo ponuntur. cum utendi necessitas
venit, singuli pastilli dantur ex vino mixti
cyathis tribus.
28,156. Hominis morsui carnes bubulae, effi-
cacius vituli imponuntur neque ante diem
28,40. quintum solvuntur. sordes ex humanis
auribus inlinuntur plagae.

## XXXVIII. Contra aspidem.

29,65. Adversus aspidis morsum unum refugium
habebant priores ut percussus urinam suam
biberet. intra paucos annos casu inventum
23,56. est et alterum remedium. namque is qui
utrem plenum aceti ferebat percussus ab
aspide dolorem non sensit, donec fatigatus
requiescendi gratia utrem deposuit. quo
facto perniciem sentire coepit, rursusque
imposito sibi utre desiit. intellectum est
quod si acetum bibisset, posset sanari.
ex eo experimento factum est palam hanc
29,65. potionem esse efficacissimam. si autem mor-
sum aspidis secutus est sanguis, nulla de
eo qui percussus est spes superest.

1 pastellos *gdr.* | ponderis *grb*: pondus *d.* | victuriati *gd.* | vaso *g*: vase *db.* 3 venit *g*: venerit *db.* | pastelli *gd.* | vino *gd*: vini *rb* (*Pl.*). 6 diem. v. *d.* 7 sordes—plagae *om. d.* 8 illiniuntur *b.* 10 habebant *grb*: habentes *d.* | priores: Varro *Pl.* 11 intra paucos annos = nuper *Plin.* 15 quiescendi *d.* 18 posset *drb*: possit *g.* 19 palam factum est *d.* 20 eff. esse *d.* 22 est *gd*: fuerit *rb.* | superest *gdb*[m]: salutis est *rb.* | Explicit liber tertius *g.*

Digitized by Google

# Medicina Plinii.

Romae 1509.

## Capita libri primi.

I Ad catarrum vel ad abundantiam humorum capitis: et quid sit catarrus
II Ad dolorem capitis
III Ad cephalargiam
IIII Ad ptyrias, et porrigines, et pruritus
V Ad ulcera in capite manantia
VI Ad alopeciam
VII Ad capillos denigrandos
VIII Ad hemycraneam et temporum dolorem
IX Ad dolorem auriculae vel aquae ingressum
X Ad dolorem aurium
XI Ad dolorem aurium antiquum fetorem et odorem
XII Ad aurium imbecillitatem vel surdos et eos qui minus audiunt
XIII Ad parotides
XIIII Ad dolorem oculorum
XV Ad oculos sanguine suffusos
XVI Ad lachrymas oculorum stringendos
XVII Ad lippitudinem vel ad eos qui cantos oculorum contritos habent
XVIII Ad caliginem oculorum
XIX Ad aciem oculorum
XX Ad leucomata vel ad cicatricem: et maculas
XXI Ad pilos oculorum adulteros
XXII Ad caligines cęcitates vel ut crassitudo abstergatur
XXIII Ad maturandas aegilopas
XXIIII Ad ulcera narium et omnia vulnera vetustissima
XXV Ad fetorem narium vel polipum
XXVI Ad profluvium narium
XXVII Ad sanguinem de nare eiiciendum
XXVIII Ad stillationem narium ex humore
XXIX Ad vitium oris
XXX Ad ulcera oris

XXXI Ad vulnera oris sive tumorem gingivarum

XXXII Ad putredinem oris linguae sive palatus et gingivarum

XXXIII Ad fetorem oris

XXXIIII Ad os salivosum et lippidum

XXXV Ad os et labia

XXXVI Ad dentium dolorem

XXXVII Ad dentes laxatos

XXXVIII Ad dentium molarium dolorem

XXXIX Ad dentes vitiosos vel cavos

XL Ad dentifritium et dentes candidos faciendos

XLI Ad dentes molares vel ad omnes ut sint incorrupti

XLII Ad dentionem quando infantes dentiunt

XLIII Ad uvam distillantem et ad fauces tumentes

XLIIII Ad sanguinem ex praecisa uva nimium fluentem

XLV Ad tolles et tonsillas reprimendas

XLVI Ad faucium dolorem

XLVII Ad fauces limpidandas

XLVIII Ad usturam palati sive faucium

XLIX Ad vulnera faucium aperta

L Ad synangen et oris vulnera et anginas

LI Confectio diameron quae facit ad tumorem faucium: oris vulnera et anginas

LII Ad ungendum anginas

LIII Confectio arteriaca ad raucedinem vocis

LIIII Ad gulae et cervicis dolorem

LV Ad humeros brachia et manus cubitos

LVI Ad nervos: scapulas et ad omnia

LVII Ad pectoris dolorem

LVIII Ad tussim

LIX Ad tussientium antiquas et diuturnas valitudines

LX Oximel ad flegma incidenda

LXI Ad ptysicos

LXII Ad synthesim

LXIII Ad sanguinem excreantes et ptysicos effectos

LXIIII Ad sanguinem reiicientes

LXV Ad eos qui sanguinem vel de stomacho vel de vena satis emittunt

## Capita libri secundi.

I Ad pulmones

II Ad suspirium

III Ad mamillae nucleum et cancrum

IIII Ad dolorem stomachi cum accidia et nausea et ad inflationem et defectionem

Digitized by Google

V Potio ad dolorem stomachi splenis et epatis
VI Ad calefaciendum stomachum et ad angustias eius
VII Ad confortandum stomachum
VIII Ad digestionem stomachi
IX Ad fastidium stomachi et ad carbunculum
X Pulvis ad tensuram stomachi vel ad defectionem sive ad vomitum
XI Ad singultum et vomitum
XII Ad ardorem stomachi et sitim
XIII Ad cordis dolorem
XIIII Ad cordis pulsum
XV Ad praecordiorum dolorem
XVI Ad ligulam et vomitum
XVII Ad epar
XVIII Ad splenem
XIX Ad os ventris stringendum
XX Ad ventris dolorem et alia vitia
XXI Ad lumbricos et tineas necandas
XXII Ad tormina
XXIII Ad ventrem temperandum
XXIIII Ad tenesmum
XXV Ad coleram
XXVI Ad celiacos
XXVII Ad fluxum ventris stringendum
XXVIII Ad dissentericos
XXIX Ad dissenteriam et lientericam
XXX Ad colli dolorem
XXXI Ad intestini vulnera condilomata usturas et ragadas
XXXII Ad intestina rupta
XXXIII Ad yleon
XXXIIII Ad lateris dolorem id est plereusim
XXXV Ad costarum fracturam
XXXVI Ad lumbos dolentes
XXXVII Ad renum dolorem
XXXVIII Ad vesicae dolorem
XXXIX Ad calculum
XL Ad incontinentiam urinae
XLI Ad verendorum vitia si formicatio sit vel verrucae
XLII Ad testes atque ramices
XLIII Ad inguina
XLIIII Ad intertrigines
XLV Ad scyam
XLVI Ad coxae dolorem
XLVII Ad geniculorum dolorem
XLVIII Ad tibiarum dolorem
XLIX Ad talorum dolorem



Digitized by Google

L Ad tumorem pedum
LI Ad permones
LII Ad interdigitia
LIII Ad paronitii dolorem
LIIII Ad ungularum dolorem
LV Ad corporis salubritatem
LVI Ad lythenas
LVII Ad elephantiasin
LVIII Ad morbum comicialem
LIX Ad morbum regium
LX Ad ycterIcos

**Capita libri tertii.**

I Ad febres calidas intercidendas
II Ad emytriteum
III Ad febres periodicas
IIII Ad quotidianas
V Ad tertianas
VI Ad quartanas
VII Ad lithargicos
VIII Ad somnum provocandum
IX Ad freneticos
X Ad epylenticos
XI Ad cardiacos
XII Ad hydropis initium
XIII Ad paralyticos
XIIII Ad podagram
XV Ad nervos et articulos et artidricos
XVI Ad syderatos
XVII Ad vulnera
XVIII Si quis ictu pugnum vel manum laeserit
XIX Ad fracturam seu rupturam pellis
XX Ad vulnera
XXI Ad sanguinem ex vulneribus sistendum
XXII Ad ulcera et vermes innatos vel ad nomas sive fistulas ulcerum
XXIII Ad apostemata interiora
XXIIII Ad omnia exteriora apostemata vel tumores
XXV Ad collectiones vel tumores
XXVI Ad styrosim ventris vel stomachi
XXVII Ad paniculas
XXVIII Ad cyratas quod sunt glandiolae
XXIX Ad strumas
XXX Ad carbunculum
XXXI Ad papulam noxiam

Digitized by Google

XXXII Ad furunculum
XXXIII Ad circinum: quod alii zonam vocant
XXXIIII Ad ignem sacrum
XXXV Ad rubeam
XXXVI Ad combustarum
XXXVII Ad exusturam frigoris
XXXVIII Ad scabiem
XXXIX Ad papulas
XL Ad pustellas quae vocantur volaticae
XLI Ad varos
XLII Ad verrucas clavos et callos
XLIII Ad pruritum corporis
XLIIII Ad impetiginem
XLV Ad maculas de corpore eximendas
XLVI Ad colorem cicatricibus reddendum
XLVII Ad livores recentes et tumores
XLVIII Ad ossium fracturam
XLIX Ad extrahenda ea quae corpori infixa sunt
L Ad morsum canis rabiosi
LI Ad morsum canis non rabiosi
LII Psilotrum
LIII Antidotum contra venena
LIIII Contra leporem marinum et pastinacam
LV Contra murem et araneam
LVI Contra phalangium
LVII Contra serpentes et hominis morsum
LVIII Contra aspidem

---

# Index

verborum sive apud ipsum auctorem (praeter Pliniana) sive apud librarios saeculorum IX (g) et XII (d) memorabilium.

**ab:** ab ieiunis 1,23. ab ieiuno 3,11. ab renibus 2,19. — non est ab re 2,4.

**acitabulum** *gd in praef.* (*bis*). *pro* acetabuli mensura (*Plin.*) *ponitur* pondus denariorum xv. 3,10.

**acopum:** in acopi modo perunguatur 1,3.

**acrifolium** *gd* (agrifolium *forma vulgari rb, nunc apud Italos agrifoglio*) 2,6.7. 3,1. 14.30 — *ex eodem ubique Plinii loco corrupto* 24,116, *ubi* aliqui folia *codices id est* (*non* agrifolia, *ut ex Ps. Plin. male correxit Harduinus, quem vid. ad. h. l., sed*) aquifolia, *quod*

*habet Marcellus p.* 234 [Aquifolium cum ture et (*corr.* contusum ex) sale et oleo subactum impositumque medetur articulis. *ceterum cum sermo sit de solis foliis, ita potius Plinii locus corrigendus est ut legas* Aquifolii folia ... *de quorum virtute cf. Hayne Arznei - Gewächse* VIII. 25. *Strumpf Arzneimittellehre* II. 224] *et suspicatus est iam Fée Botanique de Pline t.* III (*Par.* 1833) *p.* 273. aquifolium (*vel* aquifolia) *Plinii* = acrifolium *Ps. Plinii* (*Macrob. sat.* III, 20,3) = ὀξυάκανθα (-θος *Theophr.*) *Dioscor.* 1,122 (Ilex aquifolium: *Avellino Flor. med. di Napoli* 1841 *p.* 27, *nobis* Stechpalme). *ceterum praeter aquifoliam ilicem uno apud Plinium loco arbor memoratur* crataegos *Theophrasti* „quam Itali aquifoliam vocant". *quibus confusis factum esse videtur ut apud Diosc. l. c. oxyacantha dicatur* (*id quod a reliqua narratione plane alienum est*) „arbor similis ἀχράδι" (*cf. Fraas Flor. class. p.* 70 *et* 94, *Salmas. ad Solin. p.* 675. 190), *virtutes autem habeat easdem quas apud Plinium aquifolia* (*ilex*).

**adalligare** (*frequentius quam Plinius*) *habet g, ubi* alligare (*semper fere*) *edit d*: 3,10. 15. 16.17.18.21 (adalligare *etiam d* 3,13. 22) *etc.*

**adalligamentum** (*nov.*) 3,22 (alligamentum *d*).

**ademptis** *g* 2,20 (*ubi* demptis *d*, *ut vulgo*).

**adeps** *masc.* (*ex Plinio*), *raro fem.* (*rec., ut Marcellus*) 1,4 cum adipe ursina *g* (*non d*). 1,6 (*gd*). *cf. Neue Lat. Formenl.* I, 695. adeps *masc. etiam ap. Scribonium* (*nisi quod fem. legitur* 271. *cf.* 260).

**adversum** *frequentius quam* adversus (*quod praefert d* 1,13. 2,17) 1,13. 23. 25. 2,17 *etc.* adversus *gd* 2,7. 17 *inf. Neue* II, 492.

**ae** *pro* e: aechinorum *g* 3,5. 6. aebuli 3,6. caera, saevum *plerumque g etc.*

**affricane** (*sic*) coclee *semper d* (*non g*).

**agitatores** 3,30 (= quadrigas agentes *Plin.*).

**alere:** qui hunc morbum alunt 1,25.

**alica** 2,2 (hillaca *g*, hyllacea *d*). 2,10 (alia *g*).

**aliquis:** propter cruditatem aut languorem· aliquamque (aliamque *d*) causam 2,26.

**alium:** *sic semper g* (*ut Plin.*), *sed* allium *semper d* (*ut rec.*) *et interdum g*ᶜ (3,22 *cf. v. l.* 2,10). alei *pro* . alii 1,21 (*ut ed. Diocl. p.* 14 *W.*).

**alopiciae** *g* (allopicie *d*) *semper.*

**amulum** *gd* 1,24. 2,17. 3,37.

**-an** in *acc. sg. decl.* I *voc. Gr.*: hemorogian *g* 3,2. *sed* hydrofobiam 3,10.

**anacollema:** anacollima *gd* 1,8. anacolema *gd* (-colima *r*) 3,16.

**anetum:** *sic semper g* (*cum d, non* anethum, *ut idem scriptor in Martiale*). — *pro* anesum (*quod nusquam apparet*) 1,1. 16. 3,4. 15. 21 *etc.* (anesum *et* anethum *Scrib.*).

**aprinum** 2,22. 3,6. 30 *etc. semel* aprunum *g* 3,30 (*ut Plin. vet. lect., rec.* aprinum *et rarius* aprugnum, *ut Marcellus*, *cf.*

Digitized by Google

*Jan. ad Pl.* 28,167. aprunae *ed. Diocl. p.* 12 *W.*).

**aranea** 1,1 *etc.* (*ubi* araneus *Pl.*).

**aristolocia** (-locium 2,26. 3,13) *semper g* (1,10. 3,33. 37. *etc. sic etiam cod. Vratisl. s. IX Apul. herb.*), aristologia *d*.

**astulae** 1,13 (*cf. Isidor.* 17,6,26 „quasi abstula").

**auriculae** = aures (*frequentius quam apud Pl.*) 1,1. 6 *etc.*

**austere** (vinum) *gd* 2,8 et *saepe in abl.* austeri (vino) 1,13 (-ro *d*). 1,23. 24. 2,5 (-ro *d*). 6. *iterum* 6 (-ro *d*). 10. 3,3. 15 (-ro *g*). 27. *quod exemplum addendum iis quae affert Neue* II, 70. 71.

**autem** *compendio Anglosaxonico scriptum in d* 1,3.

**bacae** *vel* bachae *g*, bacce *d semper* (*cf.* 2,6 *etc. sed interdum* bace *etiam d* 2,11 *et* 2,17, *ubi* bacis *d*, *sed* baccis *g*).

**balneum** (*numquam* balineum) *gd*.

**benignitas** naturae 3,33.

**bessis** (= $\frac{2}{3}$) *nom. sg. in praef.* (bessis sextarii salis marini). *Neue* I, 178.

**brittia** pix *semper g*, bricia (*sed* 3,4 brictia) *d* 2,26. 3,4. 3,8 (brutia *b* 2,26. *r* 3,4).

**bubulinus** *saepe g ubi* bubulus *Plinius* (1,6. 2,25 *etc.*) *et saepius d quam g* (3,5. 6 *bis.* 15 *etc.*). (fimus *etc.*) bubuli *d pro* bubulinus 2,26. 3,3. 12 (*sic etiam g* 3,26).

**cacabus** novus fictilis 3,30. 2,26.

**cacoethes:** duritias quas cacoethes (cachoethos *gd*) vocant (*ex Pl.*) 3,4. *ibidem* cacoethe (aeque *gd*) *cf. Scribon.* 102. 220.

**calefactoria** vis 3,13. *sed ib. infra* (*ex Pl.*) excalfactoria (excalefactoria *d*).

**canceromata** *gd* (*pro* carcinomata, *ut Marc.*) 3,30 (*cf. Apulei. Vrat. c. de centauria mai., sed* cancrinomata *idem c. de aristolocia*).

**caprofleus** (*pro* caprificus) *g* 1,13 (*ubi* morus *Pl.*). 3,6.

**catulus** caninus 2,4 (*ubi* catulus *simpl. Pl.*).

**cauculi** (*pro* calculi) *passim g* (et *saepius d*) 2,17 *etc.*

**centauria** (*ut Apul. Vrat.*) 2,26 (centaureum *Marc.*). 3,3 (-rea *d*). 3,37 (-rium *Pl.*). centaurion potum (*gd*) 3,33 (-rium *Pl.*).

**cerbellum** (*g*, cerebellum *d*) leporinum 1,14 (*ubi* cerebrum *Pl.*).

**cerotum** 1,3.

**cervicum** 1,21 (*ubi* cervicium *Plin. codd. VR*, — cum *T*). *Neue* I, 281.

**cervisa** *gd* 3,36 (cervesiae *ed. Diocl. p.* 10 *W.*, cervesa *inscr. lagonae Paris.* Revue archéol. 1868. XVIII, 226).

**cisternina** aqua 3,24.

**citat** alvum 2,5 (ciet *Pl.*).

**-cius** *term. adiect. g* (*numquam* — ceus, *ut plerumque d*): rosacium (*sic iam Act. fr. Arval. s. a.* 87. 105. 118. 155 cum corona pactili rosacia, *sed ib.* rosacea *a.* 90. 120 *Henzen.* rosaceo *Pl. Aug.* 15,30). *item* gallinacius, erinacius, vinacius, hordiacius *etc. semper g. similiter et* calciamenta, calciari (2,24. 26 *etc. cum Pl. Aug.*).

**cludit** sanguinem *g* 1,24 *etc.*

Digitized by Google

(*cf. Scrib.* cludenda cicatrix 42. clusi 80. 97).

**clysterium:** clysterio (clysteribus *Pl.*) infunditur 2,7. 8. *it.* inmittitur 2,10. *at* clystere (*ex Pl.*) 3,21. *cf. Scrib.* (clystere, clustere 179. 200. per clysterem 154 [clysmo 155. 194. 197], *semel* clysterio 114, *et* clysteria 118).

**cocleae** *semper g* (cuchliae *Ed. D. p.* 46).

**cocleare** *praef.* (*gd*, coclear *r*). *cf. Martial. ep.* 14,121. coclear 3,19. *gen.* coclearis 3,22 (-ris *vel* -ri *v. l. Pl.*): coclearii 1,6. *abl.* cocleari 1,15 (*bis*). 3,21: cocleario 1,15. 2,8.

coclearia 1,1. 3,23. coclearibus 2,1. 26 (*cf. Scribon.* cochlearium 94, cochleario *semper* 71. 76 *bis.* 96. 122. 133. cochlearia. cochleariorum 76).

**colera:** ad colera *gd tit.* 2,7 (coleribus *in ind. capit.*).

**coliandrum** *semper g prf.* 1,6. *etc.* (coriandrum *d, ut Apul. Vrat.*).

**coliculi** (*Ed. D. p.* 14): codiculi *bis g* 1,15. 3,4 (*alibi* cauliculi).

**comparatio:** refrigeratoria sine comparatione 2,26.

**conchyliata** (conquiliata *g, ut* quiatus *pro* cyatus *semper Apul. Vrat.*) lana 1,6 (= conchylio infecta *Pl., cf. Marc. p.* 75. 77).

**coquere:** aqua in qua lupini coxerint 2,12 (= decocti fuerint *Marc. p.* 200). aqua ubi mus decoxerit 1,16.

**corrigium** caninum (*g*, corrigia canina *d, Pl.*) 1,11 *et* 1,16 (*ubi* corium *g, om. d*), *ut Marc. p.* 87 *et* 109 (*sed idem* corrigia canina p. **201**). corigi *Ed. D. p.* 26 (*cf. Cic. etc.*).

**cottidie** *g* (cotidie *d*) *semper*

**cupressus** 3,23. 24 *etc.*

**cyatus** *g* (ciatus *d*) *sine semper.*

**cydonea** *g* 1,4. 8. *g*c 3,4. cydonia *g* 2,4 (*bis*). 5. 7. 10. 3, (cidonea *semper d*). cotoni 1,24 et *ib. iterum* cytonia (citonia *bis d*) = *nunc ital.* cotogna. — cotonea *semper Pl. qui sic* 15,37 (*cod. Aug.*): mala quae vocamus cotonea et graece cydonea (*cf. Aug.* 15,38. 58. 60. *et* cotoniorum *in ind. l.* xv). *cf. Macrob. sat.* 7,6 (cytonia . . . cotonea). cydonea Garg. c. 43. mala qudenaea Ed. Diocl. p. 16.

**cypreo** oleo *g* 1,4.

**dactylos** tres 3,19.

**de** 1) *pro gen.*: de porri suc coclearia duo 1,1. aqua quae superfuit de bovis potione 1,1. de myrra pondus denarii 1,12. folia de buxo 1,13. sucus de quinquefolio (= *Pl.*) 1,17. mora de rubo 2,7. 3,36 *bis.* pilulae de cupresso 2,20. sucus de pilulis cupressi 2,20. pilulae de platanis 3,4. pellem de lepore albo 3,19. sordes de auriculis (aurium *Pl.*) aut de mamma pecudis 3,23. cinis de femoribus pecudum 3,25. *cf.* surculum ex myrto (myrti *Pl.*) 2,21.

2) = *ex*: corona de puleio 1,1. pistillo de cupro 3,24. — uti de horto sublatum est 1,1. ossa de capite vulturis 1,1. menarum ci-

Digitized by Google

nis de capite (e capitibus *Pl.*) 1,17. glebula luti de (e *Pl.*) nido 2,17. cocleae de suo testo eiectae 3,4 (exemptae de testis suis 3,14). vermis de cadavere canis 3,10. spartum de cruce 3,15. lapillus de (e *Pl.*) nido hirundinis 3,21. pancratiastes de nobilissimis 3,30.
3) = a: liberat de vitio 2,13.
4) *pro abl. instr.*: de licio alliget 3,15.

**efervefactum** oleum *prf.*
**einde postea** 3,30 (*g*, *non d*).
**enigrare** (capillos) 1,5.
**enigrescunt** (dentes) 1,5.
**entio** (infantium) 1,14.
**istillatio** *gd* 1,11. 16 *etc.*
**esultare** (= exsultare *Pl.*) 1,6.
**esurgere** 2,9 (= se levare ut digerat *r* 2,24).
**etergit** (potio) stomachi fastidium 2,4.
**evocant** (medici curationem) ad scalpellum 1,7.
**ies:** in die, semel in die, bis in die (bis die *Pl.*) *sic saepe* 2,4. 6. 8. 10. 26. 3,4.
**iversus:** et e diverso (und umgekehrt) 1,21.
**igitus** minimus *male* (*ubi* medicus *Pl.*) 3,7. *digitorum nomina sunt haec*: 1) pollex. 2) index, salutaris. 3) inpudicus, medius. 4) medicus, honestus. 5) auricularis, minimus. *cf. Rose Anecd. II*, 254, 35. *cod. Berol. lat. theol. fol.* 119 *f.* 240.
**iscorticata** (= desquamata *Pl.*) 3,30.
**onec** (= dum non, dum nec) deposuit 3,38.

**dormitorium** *cubiculum* 2,13 (*bis*, *ubi* cub. *om. Pl.*).
**dragma** *semper gd.*
**dysinterici** *g* (dissenterici *d*) *semper* (desinterici *g* 2,10).

**ebiscum,** eviscum *rec. pro* ibiscum (*malvae species*, *althaea*): ibisci *gd* 1,18. ebisci *g* (evisci *d*) 2,26. hibiscum *Pl.*, hibisco *Verg. ecl.* 10,71 (ibisco *P*) *et* 2,30. hybisci *Scribon.* 160 (ebiscum 80.82 *cf. Rhod. ad Scrib. p.* 141). ibiscum *Pall.*, *Apul.* (*cod. Vrat.*). *cf. Dioscor.* 3,153 **ἰβίσκον** (*sed apud Gal. de simpl. sub litt. e* **ἐβίσκος**). eviscum („quasi visco") *Odo Magd. cf. Du Cange s. bauculus ex Act. SS. Jun. t. III p.* 461 (*vit. S. Rainerii Pisani saec. XII*): „radicem evisci tritam quae vulgo dicitur bauculus".
**enula** *rec. pro* inula (*Pl.*) 1,13. 2,12. innula *Apul.* (*cod. Vrat. et Cass.*), *ital.* enula, enola, ella.
**eo:** additur eo 2,1,4. 3,5. 9 (ei *d*). 37.
**ericaea** (hederacia *gbd*) vasa = *Pl.* vasa ex ea (erica) facta 2,13 (*cf.* mel ericaeum *Pl.*).
**erinaceus:** erinacius *g* 1,4. irinacius *g* 1,18. 2,13. 3,29. 32 (erinaceus *vel* herinaceus *d*). irenaceus *vel* irinaceus *codd. Plin.* (*R V*) *Jan II p. XIII. IV p. XLV.*
**erum** *pro* ervum *g* 3,5. 37.
**erraticus** (= silvestris *Plin.*): asparagus (agrestis *Ap.*) 1,13. cucumis (silvaticus *Ap.*) 2,26. malva (rustica *vel* erratica *Ap.*) 2,26.
**esse** (= edisse *Pl.*) 2,17. 3,6.

Digitized by Google

*ex Pl.* 3,2 (*ubi* manducare *r M*).
**et:** adipe frontem lini et dormit ... lauri folia sub capite ponis et dormit *etc.* 3,19 (*cum praes. pro futuro, ut saepissime* colligis, coquis, mittis, tollis, scribis, misces, das *etc.*).
**euforbium** (*ut Scrib.*) 2,26. 3,31. 37. (euphorbia *Pl.*).
**experiscerer** *in prf.* (experirer *r M*), *ut in inscript. rec.* experiscar, -catur, *cf. Corradini s. v.* experior *init.*
**exungia** *pro* axungia *g* 2,20. 3,7.

**facit:** mirifice facit 1,10. 3,30. optime facit 3,37 *etc.*
**faginus** (= fagineus *Pl.*) 1, 4. 12.
**farina** frumenti 2,26. 3,30. farina (= cinis *Pl.*) pumicis 3,7.
**fascia** pedalis 1,1.
**febre** (-i *Pl.*) 1,1. *cf. Neue* I, 215.
**fenugrecum** *rec.* (*d*): fenugreci *d*, feni greci *g* 2,4 *etc.*
**feniculina** (farina) *g* (feniculi *d*) 2,20.
**fervore bono** coquere 2,26.
**ficus:** *gen.* fici 3,4. 6. 11 *etc.* ficus 3,10.
*abl.* fico (*Pl.*) *g* (ficu *d*) 1,21. 3,1. 22. ficu *gd* 2,20.
*plur. nom.* ficus (fici *Pl.*) *gd* 2,24. 3,7. 8. 22. 33 *cf. Neue* I, 533). *gen.* ficorum 3,29.
**fimus** *rec. pro* fimum (*Pl.*): *sic semper d et plerumque etiam g, sed* fimum *retinet g* 1,4. 3, 1. 3. 5 *et* (*saepius*) 30. fimus ... quod *gd* 3,23 (= fimum ... quod *Pl.*). *auctor ipse sine dubio* fimum *semper dixit cum Plinio. Neue* I, 555.
**fluviales** (cancri) *pro* fluviatiles (*Pl.*) *gd* 3,5. 9. *quod corrigendum videtur cf.* 3,17 *g* fluviatiles (*ubi* fluminales *d*, fluviales *r*).
**foetor** *g* 1,12.
**fricatus, frictus:** nitrum ... capiti infrictum (*g*, infricatum *d*) 1,2. cinis ... dentibus infricatus *gd* 1,12.
**fricta** faba *gr* 1,23 (2,17) *pro* fracta *Pl.* (= fresa *Marc. cum Plin.* 22,140). *cf.* pisae fractae *Ed. Diocl. p.* 14.
**frictus:** ostrea fricta *grb* (frixa *d*) 3,34. resina fricta (*cf. Scribon.*) 2,26.
**fundere:** ovum crudum in vaso funditur 1,25 (diffunditur 2,8).

**genesta** (*pro* genista *Pl.*) *gd* 2,3 (*cf. Pall., Veg.*).
**genus:** huius generis *g prf.* (*cf.* hoc genere *ib.*) = huius modi *d*.
**gluten** *et* glutinum *utrumque* (*ut Pl.*) *g* 1,18 *etc.* glutinium *d* 1,18 (*ubi* glutinum *g*).
**glutinosi** cibi 1,25 (= *Veget.* 5,41,1).
**grassaturae** (nocturnae) 3,30.
**gumme** (gummę) *pro* gummi (*nom.*) *bis gd* 1,24.

**h** *om. aut add.*: halica 2,2 (*v. s.* alica). arenulae *g* 1,13. harundo (arundo *d*) 3,14 *etc.* hibiscum (*v. s.* ebiscum). holus (*et* olus 2,8. 10. 3,10) *g.* humerus. humidus. humor *plerumque g* (*cf.* 3,4 et tumores, *ubi* et umores *Pl.*).
**hemicrania** *nom. plur.* (emigrania *g d*) 1,1. *ut* emi-

Digitized by Google

granion *Cass. Felix c.* 1 (*de morbo*). emigraneus dolor *Alex.* (*lat.*) *I*, 45 *et* emigranea passio *I*, 49.

**hic** *pro* is: his (*saepe ante* qui quae) *pro* is (iis) 1,5 (is *d*). 6 (is *d*). 19. 21 (*tit.*). 2,4. 3,4 (*quater*). 13 (*tit.*) (*cf. Scrib.* 170. 208). hisdem *pro* isdem (iisdem) 3,4. hi (*pro* ei) qui 2,26. 3,33. — *cf.* eis quae 3,9. — is *d pro* his (*g*) 1,19. — huiusmodi *et* eiusmodi 3,30.

**himina** *pro* hemina *passim g* (1,17. 24. 3,30).

„**holus** id est caules" 2,9. holus, holera = brassica (*Pl.*). 2,20. 3,4. 20. 30. 31.

**hydromelle** *abl.* 2,20. 3,5. *cf. s.* oxymeli.

**hysopum**: ysopum *semper gd* (*sed semel* hysopum *g* 3,24).

**i** *pro* e *in abl. III decl.*: molliori (*sic semel in compar.*) *g* 1,7.

**idem** (= iidem) *gd* 3,3. 4.

**ilicina** (iligna *Pl.*) 3,4.

**imbrex** 3,19.

**in** 1) *omissum*: qui eam fortunam inciderint *gd* 1,25. qui has insidias inciderit *gd* 3,34.
cocleari (*pro* in c.) *bis* 1,15.
2) = pro: in cibo *vel* in potione dare, sumere *saepe*.
3) *additum* (*pro abl.*): in linteolo involutus 1,7. in lana involutus 3,16. in lana alligatus 3,13. tostum in ferro 3,13. — in die *vid. s.* dies.
4) *c. abl.* (*pro acc.*) *apud verba motum exprimentia*: in naribus indita 1,14 (*mox ib. dat.* naribus inditur. *cf.* 1,13 *etc.*). in auribus inmissum 1,6. — in linteolo inlitae 3,4. in panno inlinuntur 3,4. in fronte inlinitum 3,16. in panno induci 3,30. in XX libris hordei adiciuntur tres librae lini seminis *praef.* additur in puscae potione 3,6. oleo in quo est additum 3,1. [super plaga adicitur *d* 3,37 *ubi* plagam *g*]. in cacabo novo componuntur 2,26. in dextro humero inclinati 1,6. in musti congio coiciuntur cydonia *etc.* 2,4 (*cf.* ovum in vaso diffunditur 2,8). [in eodem vase conicitur *d*, *ubi g*: in idem vas coicitur 1,25] *cf. Scrib.* 220. 271. — mittis in furno 2,6. [in olla mittis *d* 1,13 *ubi* in ollam *g*]. cancer in aqua remittitur 3,16. in aqua frigida missa 3,30. [in cruce fixus *d ubi* crucem *g* 3,15]. in pastillo rediguntur *g* 3,6.

**in-**: inlinere *semper g* (*sed* illitus 2,11. illinitur 2,10. indita *corr. pro* inlita *gd* 3,4). inligare 1,1. inmittere, inmissus 1,6. 2,10. 11. 3,5. inmunibus 1,18. inmatura 1,21. 2,6. 3,6. 3,29. impatiens 1,23. inpetigines 1,18. impetus 1,10. 3,4. implere 2,8. imponere *fere semper* (*sed* inponere *etiam g* 1,16. 3,26 *bis*). inproviso 2,26.

**incursus** morborum 3,32.

**infra** scripta (compositio) = *sequens* 2,7 (*cf.* ita scripta 2,4).

**infriatur** potioni (*codd.* infricatur) 2,4.

Digitized by Google

**infundere:** lana infunditur in mel (= inf. melle *b*) *gd* 3,3. *cf.* spongiae infusae ex aceto 3,11 *etc.*

**ingenium:** hoc ingenio (= hac arte) 3,33.

**inlinere** (inlinuntur, inlitus, inlini *semper fere g*, ubi inlinire (illiniuntur, illiniti, illiniri) *d. habet tamen etiam g* inlinitus (-ti *etc.*) 1,1. 16. 2,20. 24. 25. 3,6. inlinire 2,17. circum liniunt 3,6. lini (*imperat.*) 3,19. inlinietur 3,26. *et* inlinibat (*sic pro* inlinebat) 3,30. *cf.* adlinuntur *g* (adliniuntur *d*) 1,16. — linere *sic semper etiam Scribon.* (*sed idem* oblinierit 230. oblinita 244).

**inquinare:** hoc medicamentum non inquinat (schmutzt nicht) 2,26. *cf. Scrib.* 80.

**instar:** ad instar (= ad modum) coclearii adiciuntur 1,6.

**instruere** remedia 3,33.

**intra** paucos annos (= nuper *Pl.*) 3,38.

**invenire** se medicos: multi medici se medicos adversum hoc malum non inveniunt 1,25.

**inviolati** praestantur dentes 1,13.

**iocinere** 1,21. iocineri 2,4 *etc.* (iecinoris *male Scrib.* 144. 265. *id.* iocinerosi 105. 169).

**-is** *in plur.* III *decl. raro servatur in g*: harundinis 3,14 (*acc.*). similis 3,33 (*nom.*).

**iucundissime** *g* 1,3. iocundissime *g* 2,5.

**lactans** (cutulus) *g* 2,4. *bis* 3,10. 3,21 (lactens *d*, *Pl.*).

**laridum** *g* (lardum *d*) 2,1. 10. 3,25.

**lenticula** (lentille = lens *Pl.*). 1,8. 2,26. 3,4. lenticla *g* 1, 21 (*ut in Ed. Diocl. p.* 8 *W.*).

**lentiscum** (-cus *Pl.*) 3,4.

**limus** aquaticus 2,26 (= phycos thalassion id est fucus marinus *Plin.* 26,103).

**lingula** 2,4 (ligula *M,r*). ligula 3,21.

**linquere:** his quos linquit animus 2,4. *cf. Gargil. c. 16.*

**liquamen** 3,27.

**lixivus** (cinis) 3,26 (lixivius *Pl.*) *cf.* cinis lixiva *et* lixivia cineris *Scrib.*

**lumentum** (*pro* lomentum) *g* 2,25. 3,6. (*cf. Apul. Vrat. c.* 21. 22).

**lupinum** *g* 3,6 (*sed* lupini triti 3,8 *etc. cum Pl.*).

**madidum:** in aqua coquitur, cum madidum est eximitur 3,22. *cf. Scrib.* 41 *etc.*

**malagma** 2,25. 26 (*abl.* malagmatibus).

**malandria** *corruptum in* mala tusa 3,4.

**manna** turis 1,6.

**marina** loca 2,1.

**marrubium** (*sic et Ap. Vrat.*, *μαρρόυβιον Diosc.*): marruvium (*ut Plin. Aug.* 14,105) *g* (marubium *d*) 1,24. 3,6. 11. maruvium *g* 1,26.

**medetur** *passive* 2,2.

**menae** salsae i. pisces salsi 2,5. 1,17.

**migmata** pretiosa 3,33.

**millefolium** (milifolium *Pl.*) 1,13. 24. 2,17 *etc.*

**milipedae** *g* (*Pl.*) 1,17. milepedae *g* 3,6 (millipedes *d*).

**mittitur** ísdem (= inmittitur) 3,4.

Digitized by Google

**modus** est ut fiat crassitudo glutinis 3,30.
**mora** domestica (*cf. Plin.* 23, 135 „apud nos“) 1,12.
**moretum:** in modum moreti 2,10.
**muria** amurcae 1,13 (*nisi forte hoc ex duplici lectione natum aestimes*).
**myrobalanum** genus est caryotae 3,3. 2,5.
**myrtinum** (myrteum *Pl.*) oleum 1,1 (myrteum *g*, myrtinum *d* 1,4).

**nucleus:** nuculeus *g* 1,1. 13.24. nuclei (nuces *Pl.*) amygdalini 3,11. nuclei grandes *pro* (*Pl.*) nuces iuglandes *g* 3,7 (*cf.* 3,11).

**opopanax** 2,26. 3,37. farina opopanacis (panacis *Plin.* 26, 117 *ubi* panaces *volunt editores*) 3,13 (opopanicis *sic g* 3,13. 37).
**opera pistoria** (backwerk) 1,25.
**ovi** rufum (= luteum *Pl.*) 3,24.
**oxymeli:** oximelli *nom. g in prf., abl. g* (oximelle *d*) 2,12 *bis.* oximelle *abl. gd ibid.* (oxymelite *Marc. cf. Pl.*) *cf. s.* hydromelle. *Neue* I, 239.

**palumbus,** *pl.* palumbi, -borum (palumbis, -bes, -bium *Pl.*) 1,9. 2,6. 11. 17. 3,18. 23 *etc. cf. Scrib.* 16 (*bis*) *et v. l. Plin.*
**panas** (panos *Pl.*) quas paniculas (*Scrib., Apul.*) nos dicimus *g in tit.* 3,5. panas (*pro* panos) 3,5 *ter gd.*
**pastillus:** pastellos *gd* 3,37. pastelli *gd ib.* in pastillo (*sic g*, pastella *d*, pastillos *Pl.*) rediguntur 3,6.
**patinis** *g* (*ubi* patenis *g*[c]) 2,11.
**ph:** *scribitur* f *pro* ph, pth *pro* phth *in g*: epifora. elefantiasi 1,20. synfitum 2,6. 3,4. euforbium 2,26. 3,31. 37. amfisbere 3, 1. faridinas 3,4. hydrofobiam 3, 10. leucopeo 3,15. frenetici 3,19. ponfolica 3,24. rafanus 3,30. 37. falangium 3,32 (*sed* raphani 2,12. phalangium 3, 36. *cf. etiam* sulphur 1,20. 22. 3,27). pthisici 2,1. tysis (tussis *d* = pthisis) 1,23. pthisi 2,2. pthiriasis 2,2.
**pilulae** *g* (pillule *d*) *semper.*
**pinna** *g*. 3,4. 37 *etc.* (*ut semper Scrib.*). penna *g* 1,6. 3,24 (*bis*).
**pisare:** pisas 2,26.
**pistillo** *g* (*ubi* pistello *d*) 2,26. 3,24.
**pond̄**, pondus, pondo: sucus de quinquefolio pondus (*gd*) denarii ex aquae cyathis tribus potui datur 1,17. sordes de auriculis ... pondus denarii ... hauriuntur 3,23. aristolochiae radix pondus (*g*, pondo *d*, pondere *b*) denarii ex hemina vini bibitur 3,33. centauriae radix pondus dènarii bibitur 3,37. — rutae suci pondus denariorum xv bibitur 3,10. — adipis pondo quadrans decoquitur 2,1. ex his dimidii den̄ pond̄ (pondus) datur 3,21. trifolii seminis pondus denarii unius 3,37. croci pondus denarii 1,25 chamaedryos pondo libra, centauriae pond̄ (pondo) unciae tres *etc.* 2,26. cyperi seminis pondo quadras (*sic g*) *ib.* ex hoc medicamento pondus victoriati datur 1,25. dig. in pastillos ponderis victoriati 3,37.

Digitized by Google

**porrigo** (*g*) *et* prurigo (*d*) *confunduntur* 1,2.
**postero** die 3,26. (postera *g*) 3,30. *cf. Sircker Tac. Formenl. s.* 21.
**potatorium** vas 3,33.
**praecedere:** omnia praecedit ut iecur canis devoretur 3,10.
**praedicere:** superius praediximus 1,5.
**pulticula** 2,9.
**pusca:** *sic g, rarius* posca (2,20).
**pusillum** (= momentum *Pl.*) resinae 2,11. myrrae 3,23. *cf.* 2,12. (pusillo diutius *Scrib.* 53).
pustulae (pusulae *Pl.*) 3,4. 9. 27 (*ut Marc.*).
puxis *g* (pixis *d*) 3,6. 11.

**quagulum** *g pro* coagulum 1,17. 24. 2,8. 3,2. 4. 10. 14. 15. 21. 34. 35 (coagulum *g* 3,33). *ita* quiatus *pro* ciatus *semper in cod. Apul. Vratisl.*
**quod:** intellectum est quod si acetum bibisset posset sanari 3,38.

**radix** (= raphanus) 2,1. *cf. Gargil. c.* 1 *tit.* (*Scrib.* 198).
**rafanus** sativa *fem.* (*ut Garg.*) 3,37.
**reditus:** aegros in reditu habere *et* facere ex aliquo reditum *praef.*
**refrigerationem** praestat 1,8.
**remediat** 1,1. 3,30 (*sic saepe Scribon.*).
**remollit** (emollit *Pl.*) 1,21.
**removetur** (*sc.* ab igne) 1,6.
**repetit** *abs.*: non repetit (*sc.* morbus, kommt nicht wieder) 3,21. *cf. Cels. apud Rhod. lex. Scrib. s. v.* (*ad Scrib.* 122, *ubi* non repetit eum dolor).
**repraesentat** mare *prf.*
**restringunt** *pro* restingunt (*Pl.*) 2,19. 3,33.
**rombus** (rumbus *g*) 2,13.
**ros** (*pro* rhus) syriaci (*gen.*) *g* 2,4 (*cf.* rhus *Scrib.* 111. 113. 256. *et* rhois *id.* 142. *Neue* I, 323).
**rostellum** 3,35.

**sablo** marinus (= harena litorum maris *Pl.*) 3,22.
**saccus** linteus (= linteolum *Pl.*) 3,30.
**sal** *masc. g* (*neutr. d*) 3,30. (panem et salem) 3,15.
**sanguissugae** (*sic*) *gd* 1,5. 3,32.
**sarmenta** (= vitium sarmenta) 2,13.
**sciatici** *gd* (= ischiadici) 2,3.
**scobes** plumbi (= squamae *Pl.*) 2,19.
**scrofae** quae nascuntur in gutture (= strumae) *g in tit.* 3,6 (scrofulae *Veget.*).
**selibra:** silibra *g* 3,30.
**semuncia** *g* (semiuncia *d*) 2, 17. 26.
**serpullum** *g* (*ut Apul. Vrat., cf. Ribbeck Prol. Verg. p.* 452, serpillum *d*) 1,1. 3,37 (serpyllum *Plin. Aug.*).
**sevum** *et* saevum (sęvum) *g* (sebum *Plin. Aug. cf. Corssen Krit. Beitr. s.* 158).
**sextarius:** sestarius *g prf. et* 1,12. — sextarius medicinalis *prf.*
**sinape** *nom.* 1,15. 3,22. *abl.* 1,4. *gen.* sinapis 3,30. *cf. Neue* I, 576.
**siser** *corruptum a librariis* 2,6 (ciceris *gd*, mori *rb*).
**sorbitiuncula** (= puls *Pl.*) 1,23 (*Rönsch, Itala s.* 96).
**sparsus:** insparsum 1,6 (in-

Digitized by Google

spersus 3,20). adsparsum 3,4 (aspersus 3,7). inspergitur 2, 17. 3,9 *etc.* aspergitur 3,27.

**spathomela:** spato melle *gd* 3,2. 4 (*non apud Pl.*).

**spondylium:** spondilium *gd* 3,17 (*et d* 3,23). spondelium *g* 3,23.

**steliones** *gd* 2,20 *etc.*

**stomachicus** (stomaticus *g*) 1,12.

**strigilis:** strigle (*gd*, strigili *rb*, *ut Pl. et Marc. cf. Neue* I, 219) infunditur 1,6. *cf. Scrib.* 39 per strigilem in foramen auris infusus.

**sub-:** subfita *g* (suffita *db*) 1,22. subfunduntur *g* 3,22. 25 (suffunduntur *g* 2,26. *cf.* 3,30).

**subiectus:** genus scripturae elegi quod subiectum est 3,4. compositio subiecta operi 2, 15 (= infra scripta 2,4).

**subinde** (*souvent*) 2,9 (= saepius *Marc. p.* 198 *med.*) 3,30 (*bis*). *cf. Gloss. lat. gr. Stephani p.* 204: subinde ὑπὸ χεῖρα, πολλάκις.

**sugillatus** *gd* 1,16.

**suinus** (= suillus) adeps *gd* 3,24.

**suspendunt** (= sedant) epiforam (lentisci folia) 1,8.

**sutoricium** (suturicium *g d*, sutorium *b*) atramentum 3,29.

**synfitum** (*g*, simphitum *d*) 2,6. 3,4.

**tantum:** in tantum ut 1,5.

**taxare** occasionem *prf.* (*cf. Pl.* 34,108 *Jan*).

**temperamentum:** calefactum ad temperamentum potionis (= subfervefactum et in potu datum *Pl.*) 2,11.

**terebintina** *g* (*et semel d* 1,23), terbentina *d semper.*

**testa** *gd* (testo *Pl.*) *et mox ib.* testo *g* (testa *d*) 3,4. testo *g* (testa *d*, *Pl.*) 3,30.

**th** *graecum plerumque servatur in g* (*sed* cyatus *semper*, maratum 1,12. titymalli *g* 3,33, mitridaticum *et* mitridate 3,33. psilotrum 3,32).

**thalassomeli** *g* (talasso melli *d*) 2,5. thalassomelli *g* (talasso melle *d*) *prf. cf.* oxymeli.

**tiniae** *g* (tinee *d*) 2,12 (*pro* taeniae *vitio sollemni*). *cf. Ackermann ad Ser. Samon.* 564 *etc.*

**tribulare** 2,7.

**tudicula** 3,30 (*bis*).

**tunsus** *raro g* 2,5.6 *plerumque* tusus 1,7. 8. 21. 2,4. 8. 11. 13. 15. 3,2. 3 *etc.*, *ut* contusus 1,6.

**tus** *g* (thus *d*) *semper. cf. Wagner orth. Verg. p.* 476.

**tussilae** *g* (toxillae *g in Garg.*, tonsillae *Scrib. Marc. etc.*) *pro* tussillae (*cf.* manus uastus syllas *lect. corr.*) 1,16. *idem lingua vulgari* (*i. e. Gallica*) toles (tules *g*) 1,16. *Festus p.* 356 b 14 *Müll.* toles tumor in faucibus quae per deminutionem tonsillae dicuntur. *unde Isid.* XI, 1,57 **toles** Gallica lingua dicuntur quas vulgo per diminutionem tusillas (*v. l.* toxillas) vocant, quae in faucibus turgescere solent. *cf. Schneider ad Veget.* II, 10 (*Ser. Samon.* 291: quos autem vocitant tolles *etc. Marc. c.* XV *p.* 108 *extr.* . . . tolles optime sanat). *Gloss. lat. gr. Steph.* (1573) *p.* 218 *s.* tolae, tolia, tonsillae = παρίσθμια.

**ulcera** *et* vulnera *saepissime a librariis confunduntur et apud nostrum et apud Plinium.*

**ungui**, perungui, perunguitur *etc. g* (ungi, ungitur *etc. d*). *sed idem g semper* -ungunt, -guntur (1,1. 2. 2,26 *bis*. 3,10. 20). — perungueri *g* 1,1 (*cf.* ungueri *Vitruv. p.* 195,19 *etc.*).
**in universum** (-so *gd*) 2,4. in universitatem (-te *d*) *pf.*
**uredines** (uridines *g*) 1,8.
**utillimum** *g* (*saepe*).

**vas:** *abl.* vaso *g* 1,25. 2,4. 5. 8. 9. 11. 3,16. 32. 37. vase *g* 1,5. 6 (*bis*). 2,11 *etc.* (*et semper d*).
**vascellum:** in vascello *grb* (vasculo *d*) 3,17.
**ve:** quosve 3,4 *etc. saepe.*
**vectari** 1,25.
**verberatis** auribus (= fracturis aurium *Pl.*, fractis a. *ib.* 20,104) 1,6.
**verminacia** (*ut Apul.*) 1,16 (verbenaca *Pl.*).
**vessica** *g* 2,17 *etc. saepe* (vesica *d*).
**vetere** *abl. g* 1,7. 3,5. 6. 11. 25. veteri 3,4 (veteri oleo *Pl. Aug.* 15,32). *cf. Sirker Tac. Formenl. s.* 36 (vetere *Tac.*).
**vettonica** 3,37.
**vinca** pervinca *gd* 3,22 (vica pervica *Pl.*).
**vindicasse** (sibi summam scientiam) 1,6.
**vinum** cibarium 2,11.
**visitare** marina loca 2,1.
**vivarra** (*pro* viverra) *gd* 2,4. 3,21.

## Index nominum.

**Damon** medicus 3,3 (*ex Plin.*).
**Manlius** (Manilius *Pl.*) **Cornutus** praetor 1,18 (*ex Plin.*).
**Mithridates** 3,33 (*ex Plin.*).
**Nero** (*pro* mero *ex Pl.* 1,12). 3,30 (*ex Plin.*).
(Oxyporium Neronianum 2,4 = *Marc. p.* 145).
**Pompeius magnus** 3,33 (*ex Plin.*).
**Sagaris** pancratiastes 3,30 (*unde?*).
**Solomon** (*in formula magica*) 3,15.
*auctor se ipsum citans* 2,7. 15. 26. 3,3 *vel ex suo locutus* (*praeter praefationem*) 1, 4—7. 23. 2,1. 2. 4. 26 *fin.* 3,32. 33 (35) *etc.*

### *Signa ponderum medicinalium.*

**uncia** (*litteris tantum scribitur in g,*) ∼̇ *d.*
**scripulus** (scrıp̄.) ℈ *g* = ʒ *vel* ʒ̄ (scrup̄.) *d* (2,26)
**dragma** (*vel* drag̃. *scribiter in g*), ʒ *vel* ʒ̄ (dr̄.) *d* (2,4. 3,5).
} *confunduntur in d.*
denarii (argentei 2,26. *cf. praef.*) pondus (= *Plin.* drachma 3,37).
victoriati pondus (*Pl.*) *etc. etc.* (*sine signis*, *ex Plinio*).

Digitized by Google

# GARGILII MARTIALIS

## MEDICINAE

### EX OLERIBUS ET POMIS.



Digitized by Google




| | | |
|---|---|---|
| A. textus genuinus „Plinii Secundi iunioris“ i. e. genuinis Pseudo-Plinii de medicina libris tribus sine titulo subiunctus. | *g* = cod. S. Galli 752 (saec. X)<br>*v* = cod. Lugd. Vossianus oct. 92 (saec. X) mutilus | optimi et antiquissimi |
| | *l* = cod. Lond. reg. 12 E XX (saec. XII)<br>*d* = excerpta cod. Dresd. D. 160 (saec. XII, ex Anglia oriundi)<br>$b^m$ = cod. vetustus Albani Torini (partim in textu ed. Basil. adhibitus partim in margine citatus) | recent |

| | |
|---|---|
| B. textus recentior in ampliorem (quinque librorum) „medicinae Plinianae“ collectionem receptus (lib. IV) | *r* = ed. princ. Rom. („Medicina Plinii“) 1509 fol.<br>*b* = ed. Basil. (A. Torini) 1528 fol. (contaminata „codicis vetusti“ textu genuino) |

Gargilii textum olim (10. Febr. 1872) constitutum nunc addita collatione codicis Vossiani (qui non ex ipso *g*, sed e communi fonte derivatus est) auxi et correxi.

Berolini 15. April. 1875. V. R.

I De rafano (*epit.* 33).
II De apio (1) — [*Odo* 8].
III De ruta (23) — *O.* 7.
IIII De coliandro (11) — *O.* 29.
V De malva (6) — *O.* 62.
VI De cucurbita (7).
VII De atriplice (8) — *O.* 28.
VIII De lapatio (10) — *O.* 63.
VIIII De blito (9).
X De beta (4).
XI De lactuca (12) — *O.* 20.
XII De intibo (13).
XIII De nasturcio (36) — *O.* 30.
XIIII De eruca (37) — *O.* 31.
XV De pepone (27).
XVI De cucumere (26).
XVII De carduo (28).
XVIII De alio (30) — *O.* 5.
XVIIII De papavere (29) — [*O.* 32].
XX De satureia (38) — *O.* 23.
XXI De porro (34) — *O.* 13.
XXII De ocimo (18).
XXIII De nepeta (*) — [*O.* 15].
XXIIII De menta (2) — [*O.* 47].
XXV De feniculo (24) — *O.* 17.
XXVI De holusatro (19).
XXVII De cepa (31) — *O.* 33.
XXVIII De anetho (14) — *O.* 10.
XXVIIII De sinapi (35) — *O.* 35.
XXX De cauliculo (5) — *O.* 36.
XXXI De asparago (*).
XXXII De armoracia (*deest*).
XXXIII De pastinaca (15) — *O.* 37.
XXXIIII De napo (16).
XXXV De rapo (17).



Digitized by Google

| | |
|---|---|
| XXXVI | De thymo (*). |
| XXXVII | De origano (*) — *O*. 38. |
| XXXVIII | De cerefolio (*deest*) — *O*. 27. |
| XXXVIIII | De serpyllo (*deest*) — *O*. 39. |
| | De sisymbrio (3). |
| | De portulaca (20) — *O*. 19. |
| | De escaria (21). |
| | De abrotano (22) — *O*. 3. |
| | De panagorace (25). |
| | De ulpico (32). |
| XL | De piro (40). |
| XLI | De malo granato (61). |
| XLII | De malo (39). |
| XLIII | De cydonio (41). |
| XLIIII | De persico (42). |
| | De armeniaco (43). |
| XLV | De citrio (44). |
| XLVI | De pruno (45). |
| XLVII | De mespilo (46). |
| XLVIII | De zizypho (47). |
| XLVIIII | De fico (49). |
| | De uva (50). |
| | De moro (51). |
| L | De sorbo (48). |
| LI | De siliqua (*deest*). |
| LII | De cerasio (53). |
| | De tubere (54). |
| LIII | De amygdalo (60). |
| LIIII | De abellana (55) — *O. sp.* 7. |
| LV | De pistacio (58). |
| LVI | De castanea (56). |
| | De balano (57). |
| LVII | De nuce (59). |
| LVIII | De pinea (62). |
| | De palmarum pomis (63). |
| LVIIII | De myxis (52). |
| LX | De spomelidibus (*deest*). |

Digitized by Google

## I. De rafano.

Rafano calidam inesse virtutem omnium medicorum opinione compertum est, sed et nobis intellegere de usu licet. cur enim mixta cum cibis ceteris sola de stomacho ructus eiciat, nisi quia prima concoquitur? capillos alopeciae iniuria raptos cum melle trita restituit. eiusdem sucus etiam gravitatem aurium instillatus emendat. contra venena unicum remedium est si a ieiuno sumatur. contra pthiriasim sucus eius adhibetur, qui solus potest tenuitate subtili ad imi corporis liniamenta penetrare. Aegyptii enim reges quibus erat studium scrutari corpora mortuorum et valitudinum causas oculata fide recognoscere, in ipso corde nasci eiusmodi

*Plin.* 20,13. 19,26 (85-87).

---

Rafano calidissimam inesse virtutem omnium medicorum opinione compertum est. humectat et dispergit flegma austeritate sua, folia tamen eius minus austera sunt. articulis dolentibus contraria est. supernatat et vix digeritur [, stomachum inflat]. unicum in rafano contra venena subsidium. [semen eius fortius ipsa radice.] sucus eius cum modico rosino aurium instillatus dolori graves

(*De virt. herb.* 59).

---

*tit.* Medicina de radice *g*, De raphano *ld*. 1 inesse *gd*: esse *l* (*rb*). 2 intelligere *gld* (*rb*). 3 licet: *sic gl* (ipsius *add. rb*). | mixta ... sola ... prima *etc.*: *sic gld* (*et* $b^{m}$, *sc. cod. vet. Torini excerptus ad marg.*), mixtus ... solus ... *etc. rb*. 4 nisi quia prima *gld* ($b^{m}$): nisi prius *rb*. 5 alopicii *g*, allopicii *ld*. 8 pthiriasim *g*: ptyriasin *ld*. 10 adimi corporis liniamenta penetrare *gld*: adimi corporis liniamenta (, *add. b*) cor penetrare *rb*. 12 valitudinum *gl*. | causas *ante* val. *ld* (*rb*). | oculata *g*: occulta *ld* (*rb*). 13 cognoscere *ld*. | huius modi *ld*.

Digitized by Google

vitium prodiderunt. semine rafani cum melle trito et sumpto suspirium mitigatur et tussis arcetur. sola cum salibus sumpta ventris animalia extinguit, venerem stimulat, urinam citat, puerperis copiam lactis adquirit.

⟨Rafanus quibus rebus sit contraria dissimulare nequeo, sed refero quae reprehensa in rafano scio. arguitur enim quod voci noceat et stomachum inflatione distendat, dentibus etiam contraria, *quos* atteri ex ea sic probant ut quod nitidissimum ebur adest a nulla alia re magis quam de rafani radice poliatur.⟩

## II. De apio.

Apii quoque calida vis tradita est, quam de indicio licet colligas. nulla enim alia res fortius vel urinae difficultates resolvit vel feminarum menstruis * imperat. unde mirari necesse est quod a quibusdam inperitis indifferenter adiuncta aquae calidae febricitantibus detur, quando res calida calorato malo addita magis accendat ardorem. nisi vel strictura

---

auditus tollit. radix eius comesta in lavacris ictericos curat. radix in vino cocta calculos expellit. trita radix inposita livores tollit. sucus radicis eius vermes necat. comesta ⟨in aceto et melle infusa⟩ nausiam provocat. ⟨ipsum ius ubi infusum fuerit, *si* bibatur *in*super aqua calida, ad acidiam provocat vomitum.⟩

---

3 salibus *gl* (solibus *d*): sale *rb*. 4 u. citat *gld*: et urinam (*om.* citat) *rb*. 6 *hic subieci primum ex tribus fragmentis cod. S. Gall.* 762 (*s. IX*), *de quibus vid. Anecd. Gr. et Graecolat. II p.* 128. 8 iscio *ante ras. cod.* | istomacū *ante ras.* 9 contrariā *cod.* (-riū *corr.*). 10 ea *ante corr.*: eo *corr.* 11 ad(?)est *abrasit corr.* | nulla alia *ante corr.*: nullo alio *corr.* | re *ipse addidi.* 13 indicio *glb*$^{m}$: iudicio *rb*. 17 indifferenter *glb*$^{m}$: *om. rb.* | adiuncta *sc. haec* res *ex v.* 11. 18 detur: *sic gl* (*rb*). 19 strictura *l* (*rb*): stricta *g*.

stomachi vel praeclusa praecordia relaxanda sunt: ut priore in loco causa ponatur unde etiam ipsa febris exoritur. absque his similibus causis dati in contrarium incendunt. aqua pota in qua vel ipsi *Diosc.* vel radices eorum incoctae sunt efficaciter pugnat 3,67. contra insidias venenorum. theriacis et antidotis post amoma post cinnama iam non ut vile miscetur. est anodynos ex apii semine quae stomachum inunda- * tione capitis laborantem mire tuetur, ut Heras Cappadox in tono suo retulit. ea recipit apii seminis — VI, anesi — VI, hyoscyami — VI, apiorum cymae — III: omnia trita creta et cum aqua subacta in

---

Apium mingitur magis quam egeritur. cuius magis ra- (25) dices egeruntur quam ipsum egeritur. [Apium virtutem habet calidam et acriorem. mingitur, urinae difficultatem resolvit. radices vero eius magis egeruntur, quia ipsum apium magis mingitur quam egeritur.] coctum in aqua stomachi ardores compescit. urinam movet. tumores et inflationes tollunt folia eius trita cum pane in aqua infusa et rosaceo. [aqua ubi radix eius coxerit contra venena prodest et dolorem renium sublevat. trita eius folia

---

1 praec⟨lu⟩sa (lu *in ras.*) *g.* | praecordia *om. r.* | sunt: *sic gl* (*rb*). 3 febris *om. l.* | dati *gr* (dari *b*): data *l.* | in contrarium *g* (*r*, non contrarium *b*, in contraria *l. cf. c.* 51). incendunt *ego*: cedunt *gl* (*rb*). 4 vel (*ante* ipsa) *om. l.* | ipsi *g* (*rb*): ipsa *l.* 5 incoctae: *sic gl* (*rb*). 6 Thyriacis *l* (tyriacis *r*). 7 iam non ut vile *gl* (*rb*): χρησίμως *Diosc.* 8 mundatione *rb.* 9 Heras *ego*: hierax *codd.* | cappa(capa- *l*)dox *gl*: Cappadoro *rb.* 10 in tono *ego* (*Gal.* XIII, 416): in tomo *g*, in thomo *l* (intimo *rb*). | retulit ea. Recipe *r.* 11 *unciae nota in g est —, in l* ∻ (*e. g.* anesi. — VI. *g*, anesi ∻ VI. *l*, uncias sex *rb*). | anesi *gl*: anisi *rb.* | yoscy(i)ami *gl* (hyosciami *b*): iusquiami *r.* | Apiorum comae. — III. *g*, aptorum come ∻. III. *l*: comarum apii. VII. (septem *b*) *rb.* | comae *fort. factum est ex* cumae (cymae), *quod est in Ed. Diocl.* 12 creta *g*: cribrata *l* (*et cribrata rb*).

Digitized by Google

breves pilulas deformantur, ex quibus una vel duae, si febris non fuerit, dulci vino resolutae potantur. si enim febris fuerit, aqua resolutae dormitum euntibus propinantur. quantum haec potio valeat utinam nulla calamitas coegisset ut experimento meo nossem.

*Pl.* 20, 51. **III. De ruta.**

Rutam valde hominibus salutarem testantur *tot* antidota medicorum qui de eius nomine glori*antur.* * e quibus unum non inutile exponam repertum in aegyptia Iovis civitate atque inde adhuc Diospoliticum dictum diapeganon. stomachum excitat, digestionem adcommodat, alvum mollit, bilem extenuat, vitia pectoris lateris iecoris ac renum mitigat. conficitur sic: rutae viridis — VI, cymini — VI, piperis — VI, nitri — III. cyminum aceto prius maceratur,

---

cum pane superposita lippitudini medentur et omnem tumorem compescunt. ipsum apium viride tritum corpori infricato ubi vis quod variola non transeat: iuvat. semen apii tritum et aliud tantum semen aneti, similiter semen yoscyami, apii comae medium tantum, trita et cibrata, conspersa aqua, pillulae figurentur. si febres adfuerint, una aut duae in aqua solutae cubitum euntibus dentur: mirum est.]

---

1 pilulas *gb*: pillulas *l* (*r*). | ex quibus: *ab his verbis inc. cod. Lugd.* (*v*). 2 si febris non — potantur *om. r* (*non b*). | resoluta *b*. 3 enim *om. rb*. | resoluta *vrb*. 5 nulla: nullā *r*, nullam *b* (!, nulla *ed. Ven.*). | coegisset experimento meo novisse *rb*. 7 qui $gvlb^{m}$: quae *rb*. 8 unum *om. l*. | exponam *gvl*: ponam *rb*. 9 civitate atque i. a. di(y)ospolim. dictum (dictā *l*) di(y)apeganon *gvl*: civitate Diospoli atque adhuc diapeganon dictum *rb*. *cf. Gal.* VI, 265. 430 (*atque ex Ps. Plinio Oribas. vet. lat. ed. Par.* 1529 *p.* 337). 10 quod stomachum *rb* (Ruta stom. e. $v^{c}$). 13 Recipe rutae *r* (*non b*). 14 aceto prius *gv*: prius aceto $lb^{m}$ (prius in aqua *rb*).

deinde torretur, et universa tunsa et creta melle
optimo mixta subiguntur. rutam venenis resistere
mustelae docent, quae cum serpentibus dimicaturae
cibo eius armantur. docuit et rex ponticus Mithri- *
dates, qui cum fratris sui timeret insidias rutae
folia xx cum duabus nucibus et totidem caricis ad-
mixto salis grano cottidie ieiunus accepit. nec mino-
rem nobis opem et contra vitia corporis praestat.
aceto et oleo roseo mixta mirifice dolorem capitis
avertit. inflationes choli, item matricis omniumque *Diosc.*
interaneorum statim mitigat cum butyro et oleo de- 3,45.
cocta et iniecta. ad lumbricos necandos utile est
oleum bibisse cui ruta incocta est. ignes sacros
cum aceto et oleo rosaceo et cerussa temperata ilico
extinguit. datur et sucus eius ante accessionem biben-
dus contra febres cum frigore venientes. idem in-
stillatus auriculis efficit ut contingat audire.

Stultissime quidam rutae vitia dixerunt quod vene- *
rem inhibeat, genitale semen extinguat, infantes in (*Diosc.*)
utero necet. facit enim haec non ipsa, sed qui virtutis
eius obliti nec modum nec tempus aspiciunt. et ideo
temperare prudentis est ut de auxilio non fiat venenum.

---

Ruta hortensis nimium virtutis calidae, omnia venena (46)
expellit cum vino pota. sucus foliorum eius cum melle
attico caligines oculorum discutit. cum melle sumpta
inflationes stomachi tollit. semen eius tritum cum vino
potui datum tortiones ventris tollit.

---

1 tunsa *gv*: tusa *l*. | creta *gvb*[m]: cribrata *l*(*rb*). | melle *gvl*: melli *rb*. 3 mustellae *r*. 4 metridates *g*. 6 nucibus iuglandibus *rb*. | admixto — cottidie *om. l*. 9 roseo *gv*: rosaceo *l* (*rb*). | mixta *gvl*: mixto *rb*. 10 avertit. inflationes choli (Inflaciones coli *l*): *sic gvl*. 11 buturo *v*. 13 oleum *om. r* (*non b*). | cui oleo ruta i. sit *l*. | Ignes acros *l*. 14 cerussa *gvl*: cerusa *b*, cęrosa *r*. | ilico *gvl*: illico *rb*. 16 idem *gvl*: item *rb*. 18 dixerunt *gvl* (-r̄ *v*): -re *rb*. 21 modos *l*. 22 fiat *gv* (*rb*): faciat *l*. 27 *quae seq. in cod. Vat.* (*Mai* 1,42) *adiecta sunt ex Apuleio, Dioscoride iterumque Apuleio.*

*Pl.* 20,82. *Gal.* *XII*, 36

**IIII. De coliandro.**

Non dubitanter coliandro refrigeratrix potestas datur, non tamen simplex, ut prudentissime Galeno videtur, sed cui quaedam portio austeritatis inmixta sit, inde quod quaedam ex eo vitia curantur quae numquam omnino sanaret, si sola virtute frigida niteretur. cum melle et uva passa tritum et inpositum omnes tumores collectionesque compescit. praecipue *tamen* isto genere medicaminis doloribus testium sub*venitur*. suco mali granati et oleo in potione permixtum animalia interaneis innata persequitur. semen ex aqua potum solutionem ventris astringit. scriptum a multis legitur tria coliandri grana tertianas excludere, ante accessionem si fuerint devorata. isdem repellendis efficax est ipsum coliandrum ante solis ortum ignorantis cervicali viride subiectum. mirum est quod Xenocrates tradit, si unum seminis granum femina biberit, uno die ei menstrua contineri, biduo si duo, et totidem iam diebus quot grana sumpserit.

---

(35) Coriandrum calefacit et stringit, somnum etiam facit. cum melle et uva passa tritum inpositum omnes tumores collectionesque compescit. tritum cum aceto *morsui* canino occurrit. sucus eius cum oleo mixtus potatur contra lumbricos et tineas. [semen eius in dulci vino datum proniores reddit in venerem. si supra modum dederis amentiam nutrit. canos ex coriandro infici traditum est.]

---

*tit. et* 1 coliandro *gvl* (*cf. Du Cange l. Graec.*): coriandro *rb*. *item infra.* 2 galieno *gv*. 4 inde *gvl* (*rb*): *fort.* ideo. | ea *gv*. 5 sanaret $gvlb^m$: curaret *rb*. | niteretur $gvb^m$: uteretur *rb* (*nihil enotavi ex l*). 9 et oleo impositione permixtum *v*, et olei impositio est permixtum (*sic*) *l*. 11 asstringit (*sic*) *g*, astringit *vl*: stringit *rb*. | scr. a multis: iubent aliqui *Plin.* 12 tertianas *om. l.* 13 isdem: hisdem *gvl* (*rb*). | repellendus *rb* (*vit. typ.*). 14 ignorantis *ego*: ignoranti *gv* (*rb*), *om. l.* 17 biduo *Pl.*: duo *gv* (*rb*), duobus *l* (Duo. duo *v*, *sed ips. corr.* si duo. duo).

### V. De malva. *Pl.* 20,84.

Malvam molliendi dissolvendique naturam esse sortitam graeco vocabulo licet credas. nam *απο του μαλασσειν* malaches nomen accepit. interaneis itemque vesicae prosunt in cibo sumptae. item adseverant vulnera recentia foliis malvarum itemque salicis simul tritis ad sanitatem usque perduci, melius etiam quamvis emplastro nominato. item addiderunt malva cum axungia vetere pulcherrime quassaturas foveri. * radix unius caulis admota denti pellit dolorem. eadem femori alligata stimulat venerem. eadem nigrae lanae obvoluta et illigata mammarum vitia compescit. Olympias Thebana abortivas putat esse malvas cum adipe anseris genitali parti subiectas.

⟨Sunt et alia quae in malvis non inmerito reprehensa sint.⟩ *D.* 2,144. Sextius Niger et Dioscorides stomacho inutiles arbitrantur. Dioscorides et Galenus *Gal.* *VI*, 629. criminantur in malvis quod corpus minime alant sed citato lapsu per meatum ventris erumpant.

Est et agrestis malva fortioris effectus, quam

1 *hoc verum initium statui coll. alt. epit. et fr. III cod. S. Gall.* 762 (*Anecd. II,* 129). 2 Nam apotumalassin mal⟨a⟩ches (a *in ras. g*) *gv*, nam ἀΠΟΤΟΥΜἀΛἀCIT ΜἀΛἀΧΕC *l* (Nama potu malasui seu malaches *r*, Nam *ἀπὸ τοῦ μαλάσσειν b*). 4 vesicae: brassicae (!) *rb*. | Idem *gvl* (Ass. item *rb*). 7 nominato (pretiosis *Odo*): nominata (*sic*) *gvl* (Melius enim emplastrum iidem eam addidere *etc. rb*). | Idem *gvl* (iidem *rb*). 10 in venerem *vl*. | nigrac lanae obvoluta *gv*, nigre lane involuta *l*: nigra lana obvoluta *rb*. 11 et illigata (inl. *v*.) *gv*: *om. l* (et alligata *rb*). | compescit *gvb*: comprimit *l* (concupiscit *r*). | Olympias — subiectas, *deinde* Sextius — arbitrantur *in principio capituli ponunt codd. ante* Malvam molliendi . . . *ego transposui*, *interpositis insuper primis tertii fragmenti verbis ex cod. S. Gall.* 762 (*Anecd. II,* 128). 15 Sextius (*Pl.*) *rb*: Sextus *gvl* (*Odo*), Sextilius *fr. cod. S. Gall.* 762. | et dioscorides *om. fr. S. Gall. cum Plinio* (*cet. cf. Diosc.* 2,144 κακοστόμαχος). *idem mox* arbitratur. 16 Dioscorides *etc. haec post* compescit (*v.* 11) *sequuntur in codd.* | galenus *v*, galienus *gr*. 18 meatus *fr. S. G.*

Digitized by Google

* *Gal. XII*,67 (*cf. XI*, 867) Galenus althaean esse contendit, emplastris mollibus adcommodata, quae tamen possit et plagis recentibus subvenire et ulcerum tabes admota siccare. haec cum in praesentia non erit, in eiusdem usum sativa succedit.

*Pl.* 20,8.

## VI. De cucurbita.

*Gal. XII*,33. Veteres medici de cucurbita ita senserunt *ut* eam aquam dicerent coagulatam. Galenus *umidae* putat virtutis et frigidae, idque ex eo probat quod in cibo sumpta stomachum relaxat, bibendi desideria non excitat. cetera etiam in cucurbita talia ut aperte frigidae potestatis exempla demonstret. crudae et tritae leniunt omnem tumorem, in cibo sumptae molliunt ventrem. sucus earum, ut Galenus ait, ad

---

(30) Malva virtutem habet purgatoriam ⟨et mollitoriam⟩ ventris. vesicam movet in cibo sumpta. trita cum rosaceo apium ictus compescit. folia eius trita cum axungia vulnera recentiora curant. semen eius cum vino tritum contra scorpionum ictus potatur. [folia eius cum vino trita ignem sacrum et quae adusta sunt sanant. tra*dunt* etiam partu feminam liberari, si malvarum folia subter iacta sint: quae partu edito mox oportet auferri, ne matrix sequatur. recentia vulnera malvarum et salicis folia trita sine mora ad sanitatem perducunt.]

---

1 galenus *v*, galienus *gl* (*r*). | althean *gvl* (alcheam *r*, altheam *b*). 2 accomodatam *l*. 3 u. tabes exiccare. *r*. 4 haec: que *r*. | non erit *gvl* (*b*): esse non potest *r*. | eiusdem *g*: eius *vl* (*rb*). 5 succedit sativa *l*. 6 sensere *rb*. 7 Gal(i*gld*)enus *vgld*: Dioscorides *male rb*. | G. putat eam humide v. esse et frigide *d*. | umidae v: humidae *etiam g*. 8 probat *etc. haec ita apud Galenum* (*περὶ κολοκύνθης*) ... *ἔστι δὲ καὶ ἐσθιομένη πλαδώδης* (relaxativa!) *καὶ ἄδιψος*. | quod in *gvld*: quod ipsa in *rb*. 9 non excitat desideria bibendi *d*. 13 earum *d* (*rb*): eorum *gvl* (*τῶν ξυσμάτων αὐτοῦ Gal. l. c. ut Diosc.*, rasae *Pl.*). *cf. infra p.* 141,20. | galenus *v*, galienus *gld*(*r*).

Digitized by Google

compescendum velociter auriculae dolorem tepefactus infunditur. idem sucus et dolores dentium mitigat, si diutius in ore teneatur. sed et rosaceo mixtus et unctioni corporis admotus febrium restinguit ardores. cinis aridae corticis efficaciter potest combusta sanare. eundem cinerem didicimus ab expertis * vulnera in veretro iam in putredinem versa purgare et ad cicatricem usque perducere. Dioscorides ra- *Diosc.* menta corticis viridis in cucurbita laudat, eorum 2,161. effectus sic tradit: siriasim infantium capiti inposita depellunt, cum polenta podagrae aestuanti et ignibus sacris cum pane subveniunt. semini sicco illa * vis traditur ut in pulverem tunsum et inspersum impleat vulnera quae cavata sunt. quidam illud ex * vino bibendum dederunt, ut solutiones alvi fluentis inhiberet. viticulae quoque cucurbitae iam senescen- * tes cum passo atque aceto dysentericis datae miro modo saucia intestina componunt.

---

Cucurbita frigida est et humida. in cibo sumpta (31) ventrem mollit. rasura earum oculorum tumores tollit. trita cum polenta podagrae tumoribus medetur. sucus earum cum rosaceo mixtus aurium dolorem cum tumore tollit, quia humectat et deducit.

---

1 velociter *et mox* dolorem *om. dl.* 2 et *om. d.* | dolores *gvld*: -rem *rb.* 3 rosacio *gv* (*semper, ut in Pseudoplinio*). 4 f. ardores restinguit *d.* | restinguit *gvldb*$^m$: restringit *rb.* 5 Cinis aridae corticis *gvl* (*Plin.*): Eius aridae cortices *rb.* | potest *gv* (possunt *rb*): prestat (prāt) *ld.* 6 etenim in cibo redactae *post* sanare *add. r* (*non b*). | ab expertis *om. d.* 8 usque *om. d.* | Diascorides *d.* | ramenta: *ξύσματα Diosc.* 9 eorum: earum *gvld* (*rb*). 10 siriasim (*Diosc., cf. Plin.* ardorem capitis): pthiriasim *gv*, pthyriasim *l*, ptyriasim *d* (*r*), phthiriasim *b.* | p. inquiens infantium *r.* | capiti: cuti *gvld* (*rb*). | impositam (-tā) *l.* 11 ignibus acris *ld.* 12 Semini sicco in pulvere tuso et super infuso implet v. *d.* 13 tusum *l* (*b*). 14 ex (vino): et *gvld*, in *rb.* 15 solutionis *ante corr. g.* 16 Viticulae: Quiricule *d.* | iam *om. ld.* 17 atque *gvl*: et *d* (*rb*). | dysentericis *gv*: di(y *b*)sse(i *r*)ntericis *ld.*

*Pl.* 20,83.

## VII. De atriplice.

*Gal.* Atriplex umidae atque frigidae substantiae holus *XI*,843. est, amplius tamen ex umido possidet. et est illi sicut malvae facilis sucus ad lapsum. inde in cibo sumptus indubitate ventrem resolvit. crudus sive coctus inpositus duritias omnes ac furunculos sanat. pernionibus qui adhuc aestuant, antequam in vulnus erumpant utiliter inponitur. scabros ungues sine iniuria ulceris detrahit. ignes sacros sedat, podagrae fervorem cum nitro et aceto cum melle restinguit. Galenus ad aurugines expellendas vino tritum et in potione perductum efficacius putat semen eius.

*Pl.* 20, 85-86.

## VIII. De lapatho.

Lapathus calidae et austerae virtutis est, et ideo in cibo sumpta ventrem reprimit, stomachum confirmat, ructus excitat, confundit urinam. cum fimo gallinaceo tunsa paniculas rumpit. semen ex aqua vel vino potum dysentericis subvenit. scorpionum venenis vehementer resistit nec feriri creditur posse qui ante praesumpserit eiusmodi potionem. radices

---

(32) Atriplex humidam et frigidam virtutem habet. in cibo sumpta ventrem solvit. trita folia eius furunculos curant. semen eius tritum cum vino ictericos curat. folia eius trita cum melle et nitro podagrae fervorem tollit.

---

1 umidae *v*: humidae *gl.* | holus *gvl.* 2 ex (h)umido *gv* (*lb*): ab humoribus *r.* 3 sicut malvae: *vid. supra c. V v.* 18. 6 Pernicionibus *l.* 8 ulceris *gvl*: *om. rb.* | acros *l.* | *sic.* 9 restinguit *gvlb*[m]: restringit *rb* (*ut supra c. VI*). 10 Galienus *g* (*r*). | aurugenes *ante corr. g.* *tit.* lapatho: lapatio *gv* (*rb*), lappatia (*sic*) *l.* 12 Lapathus *ego*: Lapatium *g* (*post* virtutis est *rb*), *om. vl.* 13 sumpta *gvl*: sumptum *rb.* | ventrem *ego*: venerem *gvl* (*rb*). | premit *l.* 14 st. firmat *l.* | confundit: ciet *Plin.* (*fort.* profundit. *cf. Epit.*). 15 tunsa *gv*: *om. l* (*rb*).

Digitized by Google

ex aceto coctae et inpositae duritiam lienis infringunt, scabros ungues levigant, ulcera in mento nascentia extinguunt, in vino coctae et inpositae strumas et parotidas sanant, gargarizatae dolorem dentium et *Diosc.* uvae tumorem mitigant, potae auruginem expugnant. 2,140. quidam putant ipsam radicem si collo suspendatur (*ap.* scrofas fugare. *Diosc.*)

**VIIII. De blito.** *Pl.*

Quibusdam bliti natura iners et sine acrimonia 20,93. visa est. ventrem usque ad choleram plerumque conturbant. Hippocrates praecepit ad sistenda nimia menstrua feminarum in cibo dandos. clavi pedum inposito eo limari et comprimi creduntur. sucus ex vino datus utiliter adversum scorpionum venena resistit. quidam putant etiam ipsum tritum et inpositum plagis mederi.

---

Lapatium hortensium sive rumex calidae et austerae (34) virtutis est. in cibo sumptum ventrem reprimit, urinam provocat, ructum excitat, stomachum confortat. in vino coctum tritum strumas et parotidas curat, et omnes tumores spargit.

---

Blitus virtutem habet frigidam et glutinosam. in cibo (33) frequenter sumptus stomachum evertit et colera movet. folia eius trita in scorpionum ictus ponito et cum vino pota.

---

1 positae *rb.* | infringunt *gvl*: confringunt *rb.* 2 scabros *gvlb*: scrobes *r.* | ulcera *ego*: vulnera *gvl* (*rb*). *haec saepe et apud Plinium confusa.* lichenas *ait Plin.* | v. iumento *v.* 3 extingunt *gv.* 4 gargarizatae: *διακλυζόμεναι D.* 6 suspendat *l.* 7 scrofas *gv* (*r*, -phas *b*): glandes *l* (*χοιράδας ait D., ut et supra* strumas). *tit.* blitto *l.* 8 blitti *l.* 9 colera *gvd*, cholera *l.* 10 yppo(Hypo- *l*)crates *g*, ypocrates *v.* | Hippocrate praecipiente *rb.* | nimia *gvldb*ᵐ: omnia *rb.* 11 dandum *rb.* 12 eo limari *gv*, et limari *ld*: eo elimari *rb.* 13 datus *gvld*: datur *rb.* | adversum *gv*: adversus *ld* (*rb*). 14 resistit *gvld*: *om. rb.*

Digitized by Google

*Pl.* 20,27. **X. De beta.**

* Iecore laborantibus et spleniticis cum sinapi utilissime esui datur. ignes sacros et quae adusta sunt cum alumine inlita restinguit. ulceribus in capite manantibus, item alopeciis cruda trita optime
(*D.* 2, inlinitur. aqua in qua decocta est furfures capiti
149). elimat, pernionibus in fomento adhibita ⟨medetur⟩
* iniecta cum melle onera ventris exponit.

*Pl.* 20,26. **XI. De lactuca.**

. . Est autem illis natura frigida, non tamen noxii frigoris, ceterum nec usui esse potuissent, verum medium temperatumque sortitae rigorem praestant aestatis ardores relevant, fastidio languidos ad cibum provocant, sanguinem adquirunt. lacte plurimo nutrientes feminas implent. alvum restringunt, copiosius

---

(28) Betae genera sunt duo, nigra et alba. nigra ventrem stringit maxime cum lenticula et aceto cocta, *alba* commoda ventri emolliendo. sucus radicis eius cum melle mixtus naribus iniectus caput purgat. elixatura *eius* furfures capitis tollit. betae albae sucus deducit ventrem, olera ipsius restringunt. sucus radicis eius aut elixatura fortius deducunt.

---

*tit.* De beta ⟨beta i. cives grandes $v^c$⟩ *v.* 1 spleni(e *rb*)ticis *g*: splene *ld.* | cum: beta cum *rb.* | sinapi *rb*: si(y *l*)nape *gld* (et splenitim sinape *v*). 2 ignes acros et que usta s. *ld* (usta *etiam v*). 3 inlita *v*: illita *gld.* | restinguit *gvlb*^m: restringit *d* (*rb*). 4 alo(allo- *ld*)piciis *gvl* (*r*). 6 eliminat *d* (*rb*) | Pernicionibus *l*, perniobus *v.* | in frumento *ld.* | medetur *d* (prodest *rb*): *om. gvl* (occurrit *Pl.*). 7 inecta *l.* | ventris *gvld*: veteris *rb.* *titulus deest in rb duobus in unum capitulis conflatis.* 8 *abesse videtur initium capituli* (*de generibus lactucae, ut apud Pl.* 19,127). 9 usui *om. r.* 10 med. temperatumque s. *gv*: med. temperamentumque s. *l*, medium temperamentum s. *rb*.

·stae resolvunt. optime illas stomachicis dari non Diosc.
s Dioscorides adfirmat. tritae cum sale combusta 2,164.
ant, si ante pustellas inlinantur. ignem quoque
·um eadem ratione compescunt. coctae in patina
rumque holerum more condita cholera laboranti-
, utilissime offeruntur. quidam eas ad eandem
ısam cum lacte coxerunt.

**XII. De intibo.** Diosc. 2,159.

Sativis intibis styptica ut medici aiunt et austera *Pl.*
ura est. ideo et stomacho adcommodata sunt, 20,29
ventrem restringunt cocta maxime et cum aceto *et* 32.
ta. et thoracis ardores et oculorum epiforas et
dagras cum polenta optime leniunt. cardiacis super
ıistram papillam ex aceto inposita prodesse certissi-
ım est. radix trita scorpionum plagis medetur,
nes sacros adhibita cum polenta fugat. sucus cum
eto ac rosaceo mixtus capitis dolores relevat, ioci-
ris et vesicae vitia cum vino haustus emendat.

---

Lactucae natura frigida est, non tamen noxii frigoris. (36)
cibo sumpta fastidio languidos iuvat prius quam habeat
ıcum. inbecillum tamen corpus facit ex parte. sangui-
em adquirit. lacte plurimum nutrit feminis. trita cum
ıle combustis medetur. [haec et in viris veneris usum
oercet.]

---

1 optime—affirmat: *sic gb*ᵐ (l. d.|diu adfirmat *v*, l. affir-
ıant *om.* dioscorides *rb*), optime illas dioschorides stomaticis
on lotas dari diu affirmat *l.* | stomachicis *gv*, -ticis *lrb*.
Trite cum busta sanant *l.* 3 inlinantur *gv*: inliniantur *l*,
llinientur *rb*. 4 sacrum *gv*: acrum *l*, *om. rb*. *tit.* intibo
*sic semper*) *gvl*: intubo *rb*. 8 sativis—est *gvl*: Sativus in-
ubus stipticae ... austerae naturae est *rb*. 9 accommodata
unt *gvl*: -tus est (*et similiter semper in seqq.*) *rb*. 10 ut *v*.
estringant *l*. 12 super *gv*: supra *rb* (*l*). 13 pallam *l* (mam-
nam *Pl.*, mamilla *epit.*). | impositos *r*, -tus *b*. | prodesse *om. r*.
15 sacros *hic etiam l*. 16 ac *gvl*: et *rb*. 17 vessicae *g*. |
ıausta *l*.



Digitized by Google

sanguinem reicientibus itemque geniturae abundantia laborantibus alterno die potandus offertur. omnibus partibus quae refrigeratione sanandae sunt, cum aceto et cerussa efficaciter sucus inlinitur.

*Pl.* 20,50. *Diosc.* 2,184.

**XIII. De nasturcio.**

Natura nasturcio caustica est et tamen usum venerium videtur inhibere, eadem fortasse ratione qua etiam ruta nimia vi caloris semen genitale consumit. fermento mixtum et adpositum furunculos itemque carbunculos provocata suppuratione disrumpit. sucus inlitus capillis fluentibus prodest. idem infusus auribus dolores dentium mitigat. seminis maior effectus adeo ut etiam partus necet. cum vino haustum animalia ventris extinguit. venenis serpentium occurrit et fugare eas creditur carbonibus suffumigatum. lienem reprimit in potione cum aceto datum vel cum fico devoratum. ischiadicis utilissimum est cum aceto et polenta impositum. lichenas cum melle inlitum purgat. ulcera capitis itemque porriginem cum anserino adipe tergit. alvum pur-

---

(37) Intiborum genera sunt duo, subamari et dulciores, stomacho adcommodi, et ventrem restringunt triti cum aceto, et oculorum dolores [cum polenta]. cardiacis impone in sinistra mamilla.

---

1 reiicientibus (*sic*) *g.* 2 offertur potandus *rb.* 3 sanandae *rb*: -da *gvl.* 7 qua: quae *g.* | etiam *om. rb.* 8 Fermentum (-tū) *rb.* | fermento *Plin.* = *ἄλμη Diosc.* 9 disrumpit *gvl* (dir- *rb*). 10 inlitus *gv*: illitus *rb*, illinitus *l.* | infusus *rb*: fusus *gvl.* 11 magior *ante ras. g.* 13 serpentium *gv*: -tum *rb* (*l*). 14 eas *gv*: eos *rb* (*l*). | carbonibus *om. r.* 15 Lienum *g.* | in potione *om. r.* | cum aceto: ex vino *Pl.* 16 fico *gv*: ficu *rb* (*l*). | sciadicis *g*, sciaticis *v* (*rb*), scyaticis *l.* | utillimum *gv.* 19 porriginem *gv* (*rb*): pruriginem *l* (*Odo*). | cum adipe anserino *rb.* | terget *gvl.*

Digitized by Google

gat ex aquae cyathis quattuor unius denarii pondere propinatum. sorbitionibus mixtum pituitam pectoris solvit. cum lacte caprino coctum dolores pectoris mitigat. a ieiunis ex melle sumptum tussientibus salutare est.

## XIIII. De eruca. *Pl.* 20,49.

Eruca calidae quidem, non tamen nimium austerae ignitaeque virtutis est. inde venerem maxime stimulat in cibo sumpta et digestiones adiuvat et urinam movet. lactucae quoque optime in cibo iungitur, ut rigori par fervor admixtus temperamentum salubre componat. ex vino pota duritiam sensus contra verbera creditur posse praestare. infantibus tussientibus in cibo utilis est. maculas cuti tollit ex facie cum melle inlita, lentigines extrahit. radix in aqua decocta extrahit ossa quae fracta sunt. semen ex vino potum scorpionum venena itemque aranei muris excludit. nigras cicatrices cum felle bubulino ad candorem reducit. condituras coquorum tam ipsa

*Diosc.* 2,169. *Pl.* 19,44.

---

Nasturcium calidum est, et conficit carnes ita ut constringat flegma et faciat stranguriam id est meatum urinae obduret. semen eius tritum cum fermento duritias omnes tollit et carbunculos curat. semen tritum cum aqua paniculas spargit. (63)

---

1 quatuor *g* (*rb*), iii. *vl* (vii *Plin.*). | deñ. ponđ. *rb* (*Pl.*): denarii (*om.* ponđ.) *gvl.* 4 Aieiunus (*sic*) *v.* *Post tit. sequitur folium album in v cum lacuna capitulorum quinque* (xiv — xviii). 6 Eruca *om. gl*, *post* virtutis est *interponunt rb.* 10 rigore *l.* 12 posse *gl*: *om. rb.* 13 est *rb*: *om. gl.* 17 bubulino *g*: bubulo *rb* (*Pl.*, cum bibuli felle *l*).

quam semen adeo suavissimas reddit ut inde a Graecis euzomos nominata sit.

### XV. De pepone.

* Melonis usus est quidem gratior, verum difficile concoquitur propter naturalem rigorem. et ideo nonnulli cum aceto sumunt, puleium ei et cepas admiscent, quo nocitura vis frigoris temperetur.

*Pl.* 20,6. Pepo in cibo levior. nam detracta cute ac *semine* abiecto esui datus stomachi compescit ardores, *alvum* leniter mollit. coctus ex aqua cum oleo aceto melle iucundissime sumitur. caro eius inposita fronti glarantes oculorum epiforas miro modo mitigat. ulcera in modum favi concreta, quae ceria Graeci vocant, trita radice pelluntur. adsignatum cortici eius ut maculas ex facie sine signi vestigio detrahat. semen in pulverem versum lomentoque permixtum nitidiorem feminis cutem praestat.

---

(64) Eruca calidam virtutem habet et causticam, non tamen nimium austerae ignitaeque virtutis est. venerem maxime stimulat in cibo sumpta, digestiones facit, urinam movet. semen eius tritum cum pipere potum ex vino venerem movet.

---

(50) Pepo est nimium frigidus, difficile digeritur propter naturalem rigorem. ideo nonnulli cum aceto consumunt et cum aliquo calido, ut cepae aut puleium, permiscent. carnes eius oculorum fervorem tollunt. semen eius tritum cum vino potum canino morsui subvenit. mingitur, egeritur et inflat.

---

2 ЄYZOMVS *g* (*litt. mai., min. lr, graecis b*). *tit.* De melone *d.* 5 sumunt et p. *ld.* | puleium *gld* (*r*): pulegium *b.* 7 nam: non *d.* 8 compescit *om. d.* | et alvum *d.* 9 cum aceto et oleo. | (et *d*) melle *ld.* 10 iocundissime *gld.* | glarantes: *sic omnes* (*fort.* glareantes). 12 theria *gd*, cheria *lr* (κηρία). 13 assignatum *gld*: assignanturque *rb.* | eius ut *g*: eius est ut *ld*, eius quod *rb.* 14 signis *ld.* 15 pulverem *rb*: pulvere *gld.* | lomento: farina *Pl.*, ἀλεύρῳ *Diosc.* 16 n. cutem feminis p. *ld.*

Digitized by Google

### XVI. De cucumere. *D.* 2,161. *Pl.* 20,5.

Cucumis et ipse naturae frigidae reperitur, ventrem resolvit, stomacho adcommodatus est, quibus anima linquitur odore succurrit. folia eius ex vino trita vulneribus medentur quae caninus morsus inpresserit. semen ex dulci vino datum vesicae laboranti facilem praestat urinam. dysentericis ex lacte muliebri acetabuli mensura datum prodest. tritum pari pondere cum cymino etiam purulenta vitia iocineris expurgat.

### XVII. De carduo. *Pl.* 20,99.

Carduo natura mordax et subaustera est. ideo sucus eius alopecias ex capite depellit, stomachum iacentem si non avidius sumatur erigit et recomponit. radix ex aqua decocta cupiditatem bibendi potatoribus subministrat. matrici utilissimus cibus est: ne mirare quod sic a feminis carduus appetatur. est et alia causa qua patrocinari feminis possit. nam Glaucias

---

Cucumeris natura frigida est, stomacho adcommoda. (49) radix eius in aqua cocta sitim arcet. sucus eius alopicias tollit. semen eius urinam movet atque ventri (vesicae?) et calculosis medetur.

---

1 frigide nature *ld.* | repperitur *g.* 2 resolvit *gld*: solvit *rb.* | 3 anima *gld*: *om. rb.* | linquitur: liquitur *gld* (*rb*). | eius *postea add. g.* 5 impręssit *r.* | ex vino dulci *rb.* 6 facile *r.* | Desintericis *g* (dissent- *d*, dissint- *r*). 7 acitabuli *gld.* | datus[ur] *ld* (ur *compendio supra scripto*). 8 tritum — vitia *om. r* (*ubi sic* mensura datum iecinoris expurgat). | Tritum pari pondere (Tr. piper pondere *ld*) — expurgat *gld*: purulenta autem expuentibus cum cumino pari pondere, et iocinoris vitiis auxiliatur (*sic ex Plinio suppl. Torinus*) *b.* 9 iocinoris *d.* 11 alopicias *g* (*r*), allopitias *d.* 12 recomponit *gd*: componit *rb* (*l*). 13 decocta *gd*: cocta *rb* (*l*). 14 Ne *gld*: nec *rb.* 15 appetatur *gld*: ambitur *rb.* | est — (16) possit *om. ld.* 16 feminis *g*: eis *rb.* | nam *om. r.* | gaucias *d.*

Digitized by Google

scribit cibum cardui adiuvare ut masculos procreent. mastice carduorum odorem oris commendabilem red-
*Pl.* 19, 43,153. dit. non praeteribo quod de servandis carduis legisse me memini: aceto melle diluto condiuntur, addita radice lasaris et cymino. eiusmodi arte provisum est ne quis omnino sine carduis dies esset.

*Pl.* 20,23.

## XVIII. De alio.

Magna vis alio, et ideo ex eo est maxima *utilitas*.
* omnibus quippe perniciosis hominum malis *vehementer* resistit. serpentes et scorpiones itemque alias latentes bestias odore solo fugat, ictibus eorum aeque medetur sive vulneri inlitum sive in potione vel in cibo sumptum. morsui canino cum melle succurrit. taenias et alia ventris animalia in mulso aceto coctum perimit et expellit. siccum cum restibus suis oleoque permixtum omnes ictus venenatos efficaciter sanat. eodem modo et attritas corporis partes et ulcera in capite manantia quaeque in vesica tumescent lenit inpositum. peregrinantibus esui datum minime patitur eos aquarum et locorum mutatione pertur-

---

(51) Cardui natura mordax et subaustera est. *mollis* frigidus et indigestus. ideo sucus eius alopicias expellit. matrici utilissimus cibus est.

---

1 cibum cardui *gld*: cardui cibum *rb*. 2 mastice *gld*: Mastica *rb*. 3 carduis *om.* *rb*. | legisse me memini: legi *d*. 4 aceto melle *gl* (Aceto et melle *d*): aceto scilicet melle *rb*. | diluto c. *g* (*rb*): diluuntur ac c. *ld*. 5 lasaris *g*: laseris *d*, lasseris *l*. | eiusdem modi *gd*. *tit.* de aleo *g*. 7 alio: aleo *g* (allio *lrb*). | ex eo est maxima *gl* ($b^m$): in eo maxima est *rb*. | 8 omnibus: Hominibus *l* (*qui mox om.* hominum). | pernitiosis *g*. 10 I. eque eorum m. *l*. 12 sumptum: datum *l*. 13 taenias: tineas *gl* (*rb*). 14 siccum cum *gb*: Succum cum *r*, Sic cum *l*. | suis: sui *l*. | oleoque *gl*: oleo *rb*. 16 eodemque *rb*. 17 quaeque: quecumque *l*. | vesicam *l* (*cf. Pl.*). | tumescent *g*: -cunt *lrb*. 19 et *gl*: ac *rb*.

Digitized by Google

bari. suffito eo feminarum secundas evocari Hippocrates auctor est. suspiriosis quidem per se crudum, aliqui et cum lacte tritum dederunt. Diocles hydropicis cum centaureo miscuit. idem freneticis elixum dedit. Praxagoras alio ita usus est contra morbum regium in potione vini. viride cum coliandro et fico datum alvum mollire perhibetur. tussim et * suspirationes pectoris mitigat in faba coctum. elixum inlitumque temporibus dolori capitis opitulatur. aurium doloribus sucus cum adipe anserino tepefactus infunditur. raucitatem vocis emendat in piso aut in faba sumptum, et quod ad vocem attinet coctum crudo, elixum sicco utilius existimatur. tenesmo ex pulte coctum medetur. tumores suspectos ex adipe dissolvit.

---

Alium calidum est et deducit et mingitur. corpo- (56) ribus quidem bonum est, oculis vero perniciosum. movet enim ventrem et deducit id quod invenerit, simulque et urinam movet. oculis caliginem facit. coctum tamen invalidum est. inflat autem calore suo et ventos movet. feminarum secundas evocat. potum ex vino cum pipere tritum ictericos curat. stomachum laedit. spicas tres cum lasare aut cum pipere albo quartanariis dato cum vino ante accessionem. tritum cum sale morsui canino recenti inponitur. tritum cum vino tineas ventris et lumbricos excludit.

---

1 suffito: suffitu *Plin.* | ip(yp- *l*) pocrates *gl*. 3 dederunt *gl*: dedere *rb*. | ydropicis *gl*. 4 centaureo *g* (*Pl.*): -rea *lrb*. | freneticis: *sic et g* (*ut semper* f *pro* ph). 5 alio *g*: allio *lb* (eo *r*). | ita *gl*: *om. rb*. 6 viridem *g*. | coliandro *gl*: coriandro *rb*. 7 fico *g*: ficu *lrb*. 8 suspirationes *gl*: -nem *rb* (suppurationes *Pl.*). 9 inlitum *g*: illinitum *lrb*. 11 Raucitatem *gl* (*Pl.*): Raucedinem *rb*. | piso: pisa *lrb*, ipsa *g*. | aut in faba *gvl*: aut faba *rb* (*ab his verbis denuo incipit v*). 12 ad *om. v*. | adtinet *g*. | attinet aut coctum aut crudum *l*. 13 Thenesmo *l*. 15 dissolvit: solvit *l*.

Digitized by Google

*Pl.* 20,76.

## XVIIII. De papavere.

Capita eius et folia decocta meconion faciunt
* medicamentum, contra ea corporis vitia quae medio
rigore sananda sunt. sucus cum rosaceo mixtus
dolorem aurium mitigat. folia decocta et cum rosaceo trita morbis articularibus optime inlinuntur. aqua
foveri in qua papaverum capita decocta sunt vigilia
morbo laborantibus itemque ex epifora lippientibus
* prodest. semen tritum cum aceto et melle *non mo*-
* *dicam* tumentibus opem praestat. cortex caulicu-
* lorum contusus et redactus in pulverem mellique
permixtus sordidis vulneribus utiliter inponitur.
* Est et silvestre modici capitis et non ita fruticis
elati, quod miro usu faucibus in tumore positis
*(*cf.P.* 20,79 (207). asperatas axterias sanat. fit ex eo medicamentum
quod medici auctore Chrysippo diacodion vocant.

---

(52) Papaver restringit quidem et replet et est fortissimum, et fortius quod est nigrum. horum omnium sucus magis egeritur quam carnes. coquendo ergo servabis ita ut cum volueris aliquid desiccare, suco prius *quam* recentibus carnibus utaris. nam genera papaverum *multa* sunt, et agrestia quidem medicinae usu efficacissima sunt quae in hortis seruntur. album papaver minus efficax, soporiferum est quidem, quoniam minus rigoris in se continet, quem paulatim illi cultura decoxit. folia eius

---

1 eius *gvl*: papaveris (*et mox* folia eius) *rb*. | meconion *gvl*: -nicon *rb*. 3 sananda (*om.* sunt) *gv*: sunt sananda *l*, sanantur *rb*. | r. sananda sucus c. rosatio trita morbis a. *etc. g* (*non v*). 5 morbis articularibus *gvl*: tumoribus articularibus *r* (tumoribus auricularibus *b*). *cf. epit.* | inlinuntur *gv*: illiniuntur *lrb*. 6 vigilia *gvl*: vigiliarum *rb*. 7 epifora lippientibus *gv*: epi(y)phora oculis lippientibus *lrb*. 9 Cortix *g*. | caliculorum *v*, caulicorum *l*. 11 utiliter *gvl*: *om. rb*. 12 fructicis *g*. 13 miro usu *gvl*: miro est in usu *rb*. 14 asperatas *g* (et asp. *rb*): apperatas *v*, apporiatas *l*. 15 auctore *in marg. add. g* (*ante* crysippo *ut vl*). | diocydon *gv* (*rb*), dyocidon *l*.

### XX. De satureia. *

Satureiae calida vis et prope ignita est. unde illi et nomen inditum credunt, quod pronos faciat in venerem. ideo et gravidae prohibentur eam in cibo sumere. nam trita et ventri superposita partus etiam mortuos pellit. urinam movet ex vino pota. lethargicos letaliter dormientes excitat capiti eorum cum aceto frequenter infusa. stomachum nausiantem vel in ovo sumpta vel pota confirmat. contra animalia quae aculeatis ictibus saeviunt non inutiliter adhibetur.

### XXI. De porro. *Pl.* 20,22.

Porro capitato ad multa corporis vitia Hippocrates usus est. sucum eius sanguinem reicientibus etiam solum bibendum dedit, quamvis ceteri cum galla vel turis farina dandum censuissent. vulvas contractas eodem suco resolvit. ipsum etiam in cibo

---

cum rosaceo trita tumorem articulorum tollunt. calda in qua coxerint capita eius, foveto caput freneticorum, somnum facit. semen eius tritum cum aqua capitis dolorem tollit et somnum facit.

---

Satureia calida est et prope ignita. venerem movet: (65) ideo in utero habentibus dari prohibetur. semen eius tritum ex vino potum urinam movet. folia eius trita cum aceto fronti inlinito: lethargicos suscitat. [ad stomachum cum vino et aqua calda bibitur.]

---

1 Satureia *g.* | vis est et p. i. *l.* 2 illi et *gv*: et illi *lrb.* | creditur *l.* | facit *r.* 3 ideo et *gvl*: ideoque *rb.* | eam *gvl*: eo *rb.* supposita *gvlb*[m]: supposita *rb.* 5 pellit *gvl*: expellit *rb.* | movet ex v. *gvl*: movet et ex v. *rb.* 6 lithargicos lo&aliter (loetaliter *v*) *gv* (lythargicos lęthaliter *r*). 7 nausiantem *vl*: nauseantem *g.* 9 non (n̄) utiliter *v.* 11 capita ad *v.* | ippo(ypo- *l*)crates *gv.* 12 sucum eius *gvl*: succum enim eius *rb.*

Digitized by Google

sumptum fecunditati plurimum adquirere existimavit. purgat ulcera ex melle contritus. in sorbitione ptisanae datus destillationes itemque tussim, thoracis arteriae pulmonisque vitia compescit, vocem purgat, venerem stimulat, somnos adducit. capita bis aqua * mutata cocta molliunt alvum. eadem aqua cum vino pota restringit.

*Pl.* 20,21. Sectilis profluvium sanguinis sistit, et maxime in naribus, si cum manna turis aut galla contritus atque inlitus inhaerescat. ex abortu plus iusto sanguinem profluentem detinere potus solet. *Diosc.* 2,178. Dioscorides ad eandem causam profluvii septem seminis scripulos cum myrti bacis pari pondere in potione dandos putat. contra ictus venenatos vel cum mero vel cum aqua mulsa sucus datus prodest. sed et folia contrita cum melle vulneribus adposita non minus profuerunt. eodem suco plerique cum lacte muliebri veterem tussim atque pulmonis vitia sanarunt. aurium quoque dolores cum felle caprino vel pari mensura mulsi compescuerunt. profuit multis in dolore capitis cum dormitum ire cupissent idem sucus sive

2 contritus in *g*, contritus. in (In *l*) *vl*, contritus etiam in *r*, contritus et in *b*. | tipsanae (ti≡sanae *corr.*) *g*, tisane *v*, ptysane *l*. 3 datus. *rb*: datur (.Distillationes ...) *gvl*. 6 vino *gvl* $b^m$: aqua (*iterum*) *rb*. 7 restringit *lrb*: restringunt *gv*, restinguit $b^m$. 8 Sectilis pr. (*cf. Epit.*) *ego*: sucus (succus *l*) eius profluvium (profluuii *gv*) *gvl* (*Odo*), Succus eius cisis (*sic*) pr. *rb*. *sed incipit altera huius capituli pars de porro sectivo* (*ex Pl.* 20,21). 11 detinere — (12) profluvii *om. r b* (*qui habent* plus iusto sanguine profluente septem *etc.*, *nisi quod* $b^m$ sanguinem profluvii). 12 septem: *fort.* sex (VI). *cf.* σπ. $<\overline{\beta}$ (*binas drachmas cf. Odo* 513) *Diosc.* (*est autem scripulus tertia pars drachmae*). | seminis (σπέρματος *D.*): semis *gvl*, et semis *rb*. 13 p. p. in potione dandos pari portione (*iterum*) *r*. 14 putant *rb*. 16 melle vulneribus *gvl* (*Odo*): melle ac mulieribus *rb*. | prosunt *l*. 17 plerique *om. l*. 18 tussem *gvl* (*supra v.* 3 tússim *iidem*). 20 mulsi *gvl* (*Pl.*): usi *rb*. | compescunt *l*. 21 ire cupissent *gvl*: irent *rb*. | idem *rb*: Item (*puncto ante posito*) *gv*, Idem *l*.

Digitized by Google

auribus sive naribus cum parte tertia mellis infusus. ita idem lumborum dolores ex vino mitiores facit. sanguinem excreantibus, pthisicis, etiam destillationibus vetustissimis vel ex ipso cibus utilissime datur vel sucus in potione miscetur. in cibo sumptus plurimum estur contra venena fungorum. fracturas alligat, duritias relaxat, vulnera recentia cum sale adpositus statim claudit, ebrietates discutit, venerem stimulat, sitim sedat, ventrem mollit. vocem adiuvat adstipulante Nerone qui porro debuit quotiens bene *P.* 19, 33,108. cantavit.

⟨Capitato porro in eo quod extenuare quidem videtur calorata vis creditur, sed admixta est illi et acrioris et umidi qualitas. ideoque Dioscorides *D.* haec in eo vitia percenset quod inflationes stomachi 2,178. excitet, sucos inutiles generet, vesicam vulneret, caligines incutiat. atque ideo flegmate laborantibus modice datur, felle autem prorsus denegandum rectissime Galenus existimat. vitia eius haec ferme viden- *G. ubi?*

---

Porrus minus quidem calefacit, urinam tamen movet (60) et egeritur. habet etiam partem purgatoriam: humectat enim. carbunculos curat et stomachum. post cibum accipiendus est. tritus cum melle vulnera sordida purgat.

Sectilis porrus in cibo sumptus vocem expurgat. (61) sucus foliorum eius cum rosaceo vulnera aurium et tumores sive percussuras curat. sucus eius cum gallae

---

3 pthisicis *l*: ptisicis *gv*. | distillationibus (*ut supra*) *gvl*(*rb*). 4 utilissime datur *gvl*: utilis sumatur *rb*. 5 sucus in *gvl*: sucus eius in *rb*. | miscetur. In cibo s. *gv*(*l*): miscetur. Idem succus in cibo s. *rb*. 6 estur (*Pl.*): est *gvl*, prodest *rb*. 7 vulnera (*Pl.*): ulcera (ἐσχάρας) *Diosc.* 8 cludit *gv*. 10 adstipulante *v*: astipulante *gl* (*rb*). | qui *l* (*b*^m^): quae *gv* (*rb*). *fort.* qua. | qui porrum debibit *l*. 12 *Additamentum ex cod. S. Gall.* 762 (*Anecd. II*, 129). | capitatus porrus *cod.* | quedam *cod.* 13 bis *cod.* 14 D. e cineo vitia *cod.* 16 excicet. sucus inutilis generat *cod.* | vissicā (*corr.* visicā) *cod.* 19 firme *corr. cod.*

tur: inflationes facit, oculos hebetat, stomachum
*Pl.* (20, 21,47) *ubi?* laedit, sitim gignit. sed recte Plinius noster adiecit copiosius sumptus. unde apparet haec omnia frustra adscribi, si modum temperare nescimus.⟩

*Pl.* 20,48.

## XXII. De ocimo.

De virtute ocimi penes medicos opinio incerta est. nam qui auctore Chrysippo criminantur, haec eius vitia percensent, quod sit stomacho inutile, quod oculos hebetet, quod insaniam faciat, iecori obsistat: et ideo capram genus hoc herbae numquam omnino contingere. addunt praeterea, si tritum lapide contegatur scorpiones gigni, commanducatum et in sole positum vermes creare, pediculos etiam nutrire. Afris putant hoc esse persuasum, si quis eo die quo ocimum sumpserit a scorpione feriatur, non posse salvari. sed qui in diversa opinione sunt haec falso tradita adseverant. quin immo stomacho prodest quod inflationes eius ructuando dissolvit

---

pulvere sanguinem reicientes curat. folia eius trita cum sale vulnera recentiora curant. semen eius tritum cum vino potatur contra fungorum praefocationes. cocti stomacho utiles, crudi utentibus malum.

---

1 oebetat (ebetat *corr.*). | Estomacum *cod.* 2 pleniusante *corr. cod.* 3 sumatū *cod.* (sumtū *corr.*). | frusta adiscribi in obmod *cod.* 5—16 *om. d.* 5 opinio—auctore *om. r.* | incerta est opinio *b.* 6 qui *gvl*: *om. b.* | chrisippo *gv*, crysippo *l.* | atque eius haec v. p. *r.* | haec *om. v.* 7 percessent (*sic*) *v.* | quod sit s. inutile *gvl*: quod obsit stomacho *rb.* 8 hebet& ($^h$eb&*g*, ebetet *l*). quod *gvl.* | faciat *gvl*: facit *rb.* | iecuri *g.* 9 obsistat *gvl*: obsistit *rb.* 12 sole *gvl*: sale *rb.* | peduculos *v.* 13 Afris (Affris *l*) putant hoc *gvl*: Aphris quoque hoc putant *rb.* 15 sunt *gvl*: sint *rb.* 16 *abhinc d*: Ocimum st. pr. *etc.* | quin immo—dissolvit *gvl*: quin imo inflationes stomachi ructu dissolvit (coctum cum aceto, et sumptum r. *etc.*) *rb.* 17 quod: quia *d.* | ructando solvit *d.* | dissolvit. Coctum *gv* (*ld*). *sed cf. Plin.*

Digitized by Google

coctum ex aceto sumptum. reprimit alvum fluentem. semen tritum haustumque naribus sternutamenta compescit, verrucas tollit atramento sutoricio temperatum.

**XXIII. De nepeta.** (*Gal?*)

Nepetam Graeci calaminthum vocaverunt, nostri vulgo nepetam dicunt. magnae virtutis et vehemens in calore est. unde etiam nobilissimis antidotis meruit ascribi, e quibus unum quod hodieque diacalaminthes a medicis praedicatur publicandum putavi: nepetae — VI, petroselini — VI, seselis — VI, puleii — VI, thymi ſc. XII, apii seminis ſc. XII, ligustici — II, piperis — VI, omnia tunsa creta melli optimo mixta diutissime subiguntur: digestionem facit, stomacho et praecordiis utile est et pituitas thoracis ac capitis dissolvit ac purgat, iecori medetur, duritiam (*Gal. XIV, 43*). * (*cf. Gal. VI, 282*). *

---

Ocimum siccat et stringit, stomacho prode est, inflationes ructu discutit coctum cum aceto. supprimit alvum fluentem. urinam movet. sanguinem reicientes ex mulsa frigida, capitis dolorem cum rosaceo, semen eius tritum haustum naribus sternutamentum compescit. tritum epiforas oculorum tollit. (41)

---

2 semen *om. ld.* | sternumenta *v.* 3 sutoricio *gv*: sutorio *rb* (*Pl.*), sutario *ld.* 5 calamitam *gvl.* | vocant *l* (vocavere *r*). 6 nepitam (*hic*) *gv.* | quae magnae *rb.* 8 asscribi *gv.* | odieque *g* (*om. l*). | dia calamintes *gv*, calamintes (*om.* dia) *l* (dyacalamites *r*). 9 Accipe (Recipe *r*) n. uncias sex *etc. rb.* | Nepetae. VI (*et sic semper omissis unciarum notis*) *g*, Nepete. ÷ (*postea* —) VI *v* (∻ VI *l*). 10 Seselis *gvl*: seseleos *rb.* | Pulei *gv* (puleii *lr*, pulegii *b*). 11 ſc XII *gv*, ſcr. XII *l.* | Appii semen *gv.* | Ligistici *g*, ligustici *v*, lygustici *l*: lybistici *rb* (levisci $b^m$). | lybistici unciam unam, piperis unam *rb.* 12 omnia *gvl*: haec omnia *b*, quae omnia *r.* | creta $gvb^m$: cribrata *rb*, et cribrata *l.* | mellique *rb.* 13 subiguntur *gvl*: -gantur *rb.* 14 toracis *g.* | ac capitis *gl* (a capitis *v*): capitisque *rb.* 15 dissolvit *gv*: solvit *rb* (*l*). | iecuri *g.* | Duritia (*sic*) *g.*

lienis infringit, calculos pellit, urinam citat, ad
*ubi?* monet menstrua feminarum. hoc antidotum Galenus polyides inscribit, quod putat tam salutare ut plurimis annis vitam hominum possit extendere.

*Pl.* 20,53.

**XXIIII. De menta.**

De menta quoque quae potuimus adnotare subiecimus. labentem animum odoris efficacia recreat, stomacho nihil concupiscenti fastidium detrahit. sanguinem excreantibus in sorbitione ptisanae optime propinatur. in dolore capitis contusa temporibus inlinitur. instillari auribus sucum cum aqua mulsa utile est in dolore. aridae pulvis tribus digitis apprehensus et cum aqua calida in potione datus omnem stomachi detergit iniuriam. eadem res etiam ventris animalia interficit.

---

(*cf. Anecd. II*, 124). Nepeta calidissimae virtutis est. unde ex ea fit antidotum quod diacalamintes vocatur. urinam citat, menstrua movet. sucus eius ex mulsa potus sanguinem excreantes sanat. sucus eius aurium vulnera curat.

---

(26) Menta virtutem habet refrigeratoriam (*al.* calidam). sucus eius cum aceto et sulphure ignem sacrum tollit, tumores et vulnera capitis curat. sucus eius cum aceto pota sanguinem reicientibus prodest. sucus cum melle acapno et felle perdicis caligines oculorum extergit. vomicam stringit sucus eius cum mastice catapotio facto si glutiatur.

---

1 citat *gvl*: ciet *rb*. | Admonet *gv* (*προσκαλεῖται Gal. XII.* 5. *κινεῖ VI*, 285): admonet *rb* (*l*). 2 hoc *gv*: hoc autem *rb* (*l*). | galenus polytesin scribit *gv*, galienus polites inscribit *l*, Galienus polotensis scribit *r* (Galenus Polotensis scribit *b*). 3 salutare *gvl*ᶜ: salubre *rb* (*et ante ips. corr. l*). 4 . . . possit extendere. De menta quoque . . . *sine tit. novi cap. et sine numero g* (*item lr, non v*). 5 quoque *om. rb*. | adiiciemus *r*. 8 tisanę *gv*, ptysane *l* (tysanae *r*). 11 . . . est. In dolore . . . *gvl*. | digitis tribus *rb*. | appensus *l*. 13 detergit *l*ᶜ (*rb*): deterget *gv*, digerit *ante ips. corr. l*. | Eadem res etiam *gvl*: Eadem etiam res *b*, Eademque res *r*.

Digitized by Google

## XXV. De feniculo.

*Pl.* 20,95. 96. (*Gal.* XI, 883).

Calidam vim feniculo insitam non tamen simplicem sed cui etiam austeritas mixta sit gustus ostendit, et multa praeterea per quae vel solvendi vel extenuandi vel etiam siccandi exprimit potestatem. traditum in libris et serpentes annuam senectutem feniculi gustatione deponere et oculorum caliginem suco eius excludere: unde intellegi datum est easdem virtutes et corporibus humanis utiles esse, sicuti postea experimenta docuerunt. sucus ergo cum melle attico mixtus vetustissimam licet caliginem discutit. auribus purulentis idem sucus infunditur. vermiculos etiam qui in isdem nascuntur interficit. radix in ptisana data laxat renum densitatem. hydropicis ex vino data succurrit. veretro laborantibus ex vino cocta fomentum perquam utile subministrat. ipsa cum oleo trita eidem causae medetur. tumores et quae ictu vel repentina indignatione commota sunt folia ex aceto trita dissolvunt. adversum ictus scor-

---

Feniculum calidam virtutem habet insitam, non tamen simplicem sed cui etiam austeritas mixta sit, ut gustus ostendit et multa praeterea per quae eluendi et extenuandi vel etiam desiccandi habet potestatem. oculorum vulnera et cicatrices curat. suci foliorum eius partes duas mellis acapni partem unam simul misceto et tepidum oculis infundito. radice eius in aqua cocta foveto caliginantes oculos. sucum eius infunde in aurium (47)

---

*tit.* XXIIII *g* (*et sic etiam v*). 2 etiam (et *l*) austeritas *gvl*: austeritas etiam *rb*. | mixta *gvl*: admixta *rb*. 5 Traditum *gvl*: traditumque *rb*. | in libris (*sc. Plinii* 20,95,254). 7 datum est int. *l*. 8 humanis *gvl*: *om. rb*. | utile *gv*. | sicut *l*. 9 docuerunt (-er̄) *gv*: docuere *rb* (*l*). | ergo *gvl*: ergo eius *rb*. 12 isdem: hisdem *gvl* (*rb*). 13 tisana *gv* (tysana *r*). 14 data *g*: pota *vl* (*rb*). | Veretro *gvl*: Veterno *rb*. 16 medentur *g*. 18 Adversus *l*.

Digitized by Google

pionum itemque serpentium optime semen ex mero sumitur. simili modo temperatum venerem stimulat, urinam ciet, sistit alvum, pulmonis et iocineris iniurias abigit, abundantiam lactis puerperis praestat, ex aqua tritum nausiam sedat, stomachum dissolutum adstringit: nec est illud periculum etiam si in febre sumatur. vulnera dentis canini cum melle inlitum purgat et sanat.

*Pl.* 20,46.

### XXVI. De holusatro.

Scorpionum ictibus et morsui canis semen eius ex vino datum occurrit. in mulso decoctum atque potum difficultatibus urinae medetur. tormenta ventris et ceteras intestinorum querelas eodem modo sanat. radix in vino decocta calculos pellit. lateris et lumborum doloribus eadem potione succurritur. sucus algentibus propinatus exoptatum calorem per membra diffundit.

---

vulnera. radix eius in vino cocta sanat hydropicos pota. veretrorum causae radice eius in vino cocta foveantur. folia eius trita cum melle canino morsui subveniunt. semen eius ex vino tritum potatum urinarum difficul*tates* iuvat et lactem provocat.

---

(42) Olusatrum calidae et austerae virtutis est. coctum in oleribus commodum stomacho. crudum comestum multum calefacit vesicam et urinam movet. radices eius in mulsa coctae difficultates urinae expellunt. semen eius tritum ex vino calculos frangit et expellit. sucus radicis eius potatur contra fluorem multum sudoris.

---

1 serpentum *gvl* (*rb*). 3 Sitit (*sic*) *g.* | iocineris *gvl*$^{c}$: iecinoris *rb,* iecoris *ante ips. corr. l.* | iniuriam *l.* 4 pperis *v.* 5 ex: et *l.* | nausiam *gvl*: nauseam *rb.* 6 adstringit *g*: astringit *vl.* | in febres amatur (*sic*) *vl.* 8 et *gvl*: atque *rb.* *tit.* De holosatro *gd* (*rb*), De holisatro *v,* De oleastro (*sic*) *l.* 9 ictui *d.* | eius *gvld*: holosatri *rb.* 11 tormenta: tormina *Pl.* 13 pellit *om. r.* | Lacertis (Lactis) *d.* 15 propinatur (*sic*) *g.*

Digitized by Google

## XXVII. De cepa. [*Pl.* 20,20.]

De virtute ceparum inter medicos non nulla [*Diosc.* 2,180.] diversitas est. Dioscorides putat ex cibo earum sitim accendi, inflationes fieri, caput praegravari. Galenus [*ubi?*] existimat is demum qui felliti videantur esse contrarias, ceterum flegmate laborantibus etiam utiles adseverat. Asclepiadi videtur ceparum usus perquam necessarius, et firmitatem valitudinis obtinere qui eas ieiuni cottidie sumpserint. credit et stomacho cibum salutarem, videlicet illa ratione quod spiritus agitet. praeter haec peculiare cepis attributum putat ut quotienscumque edentur gratiam nobis boni coloris adquirant. somnum cepas adiuvare, alvum mollire consensu omnium creditum. medentur oris ulceribus, si cum pane manducantur. morsus caninos virides ex aceto inlitae sanant. siccae quoque cum melle contusae contra morsus eosdem pari virtute subveniunt. ad eandem causam ex vino et melle decoctas iubent vulneribus inponi nec nisi post tertium diem solvi. Dioscorides cum sale et ruta caninis [*D. l. c.*] morsibus suadet inponi. instillatus auribus sucus cum lacte mulieris prohibet dolorem. quidam illum repente obmutescentibus ex aqua bibendum

1 non(n̄)nulla *gvl*: nulla *rb*. 2 Dioscorides (-dis *gv*): proxumi *Plin.* 3 Galenus *gvl* (*b*): Galienus *r*. 4 is: his *gvl*, illis *rb*. 6 asseverat *v*, asseverant *l*. 7 valitudinis *gvl* (*r*): valetudinis *b*. | optinere *l*. 8 cottidie *g*: cotidie *v*, quotidie *rb* (*l*). 9 illa *vl*: *om. g*, ea *rb*. 10 adtributum *gv*. 11 edentur *ego* (*cf. Pl.*): videntur *gvl* (*rb*, *cf. Odo* quotiens aliquis conspexerit illas). 13 creditum est *l*.

ſ

16 contunsae *hic g.* | eosdem ~~eodē~~ | ⟨pari⟩virtute *g* (*sc. ad* eodē *corr. primum addidit* ſ, *deinde omnia delevit*, *et ante proximum versum adscripsit* pari). | easdem *v*. 17 ad e. c. *gvl*: eandem causam *r*, eandem ob causam *b*. | ex melle et vino *l* (*rb*). 18 iubent *ego*: iubet *gvl* (*rb*). | nec nisi — (20) imponi *om. l*. 19 Dioscoridis *gv*. | D. cum *gv*: D. et cum *rb* (*l*). | cum cepa sale et ruta *gv*, cum caepa salem et rutam *rbl* (*omisi* cepa). 22 illum *om. l*.

dederunt. conluendis dentibus frequenter adsumptum integros eos servare praesumitur. tardantibus menstruis feminarum non inutile est vel ipsas in cibo offerre vel sucum ex vini potione miscere. idem sucus et caput optime purgat si modo patienter naribus fuerit attractus, et cum adipe gallinae trituras pedum mitigat quas calciamenta fecerunt. fluxu ventris laborantibus profuit coctas eas in cibo sumptas oleo prius tinguere, scilicet ad mitigandos morsus quos in eiusmodi causis necesse erit experiri. *alopecias* tunsis cepis infricare inter efficacia remedia compertum est. Galenus adfirmat citius ex his nasci capillos quam si alcyonio quis utatur.

*Gal. (simpl.) XII, 48.*

*(cf. Pl. 20,74).*

## XXVIII. De anetho.

Anetho etsi calida vis traditur, non est tamen plurimum fervens nec austera, verum habet aliquam

---

(57) Cepae oculis quidem prosunt, [infusa dolores et caligines tollit, sumpta nutrit flegma], sed corpori inutiles propter calorem et acrimoniam, quia nec egeruntur nec nutriunt corpus: ob hoc inutiles. nam et calefacientes siccant corpus. cepa trita cum aceto et sale morsui canino convenit: recenti inponitur. cocta cum melle trita veterrimis vulneribus (a morsu canino factis) et bestiarum omnium plagis convenit. sucus eius cum rosaceo aurium surditatem solvit. sucus eius cum lacte mulieris aurium dolorem tollit. alopiciis fricatis de cepa capillos nutriunt.

---

1 con(c̄ *v*)luendis *gv*: colluendis *l* (*rb*). | assumptum (adsumptum *v*) integros *gvl*: assumitur, aegros *rb*. 2 tardentibus *rb*. 3 cibos *l*. 7 fecerunt *gl* (fecer̃ *v*): -re *rb*. 8 sumptas o. p. tinguere *gvl*: sumere o. p. tinctas *rb*. 9 ad *gvl*: et *rb*. 10 eiusmodi *gvl*: huiusmodi *rb*. | erit: est *l*. 11 A. etiam tunsis *rb*. 12 Galenus *gvlb*: Galienus *r*. | adfirmat *v* (affirmat *gl*). | his *gvl*: iis *rb*. *tit. et* 14. (*etc.*) anetho *gv* (*b*): aneto *l* (*r*). 15 verum habet aliquam in se etiam m. *gvl*: verum in se habet aliquam (etiam *r*) m. *rb*.

Digitized by Google

in se etiam molliendi potestatem, si graecis auctoribus credimus etiam nutriendi: nullum denique athletarum cibum sine anetho esse patiuntur. aegrotantibus prodest cum ex oleo tepefactum cerebro infunditur. creditur dare illis aliquas et febris indutias, mitigat capitis dolores, nervorum tensuras relaxat, non dormientes ad spem quietis invitat. stomachi querelas coctum in aquae cyathis tribus potum miro modo relevat: ructus indicio est, per quem intellegere datur aperta omnia quae clausa torquebant. digestiones adiuvat: ideo ventrem videtur inhibere. intestinis laborantibus et ventris dolori vel ex aqua datum in potione succurrit. tritae radices et inpositae fervoribus medentur oculorum. cinis eius suspendit uvam faucibus ingravescentem. radicum acrior cinis est, adeo ut curentur ex eo et caro crescens et sordidum vulnus et quae serpere incipiunt. semen fervefactum admotumque naribus singultire non patitur. *ubi?*

---

Anetum calefacit et restringit. prohibet sternutamenta naribus oppositum. defectum stomachi [curat], capitis dolorem et vertigines [sedat]. in aqua coctum potatum indigestiones et acres ructus tollit. in oleo coctum capite de *eodem* uncto somnum facit. semen eius ex vino potum tortiones ventris et intestinorum tollit. (38)

---

3 Agrotantibus *g*. 4 ex *gvl*: *om.* *rb*. | cerebro infunditur *gvl*: ac crebro (cerebro $b^m$) infusum *rb*. 5 creditur enim illis dare a. *rb*. | et febris *gv*, febris (*om.* et) *l*: ex febre *rb*. | in*lucias* *v* (*l*). 6 mitigas (*sic*) *g*. 7 dormientis *g* (-tes $vg^c$). 9 modo miro *l*. | relevat *vl* (*rb*, solet depellere *Odo*): revelat *g*. | indicio est ructus *rb*. 10 intellegere datur *gv* (*lb*): datur intelligi *r* (*cf. c.* 25). | omnia: *cf. Odo* (os stomachi). 11 videtur ventrem *l*. 12 et ventris dolori *gvl*: et ventri *rb*. 15 ingravescentibus *r*. 16 r. vero acrior *rb*. 18 semen eius *rb*.



Digitized by Google

Pl. 20,87.

## XXVIIII. De sinapi.

Pythagoras inter ea quae propter virtutem
efficaciam laudat, primum sinapi locum adsig
D. 2,183. cuius naturam medici volunt esse thermanticam
est caloratam, leptynticam quae quod invenit
tenuet, epispasticam quae quod comprehendit ad
cat. merito ergo sucus eius, in quo omnis vir
est constituta, tantis tamque numerosis corpor
vitiis praestat auxilium: sensus acuit, alvum mol
urinam ciet, menstruis imperat, calculos frangi
caput purgat nunc palato gargarizatus ut pitui
crassior profluat, nunc admotus naribus ut sternut
mento strictura solvatur. stomacho contra om
querelarum genera succurrit. suspiriosis flegm
dissoluto liberos hauriendi aeris praestat meat
serpentium ictibus et scorpionum cum aceto trit
inlinitur. non inutilis cibus est contra venena fun
rum. positum extrinsecus cutem vi caustica
ulcerat, raro medicis ad eiusmodi remedia veni
tibus, quoniam paene intolerabilem suscitat ustion
nec nisi in magnis ac vetustissimis causis tam sa

*tit.* synape *g*, sinape *v*, synapi *l* (sinapi *rb*). 2 adsignat assignat *vl*. 3 medici volunt *gvl*: vult *rb*. | thermaticam *rb* 4 caloratam *v*: coloratam *gl*(*rb*). | lepticāq' eo quod *g*, leptyti eo quod *vl* (lepticam quae quod *rb*). | inveniet *rb*. 5 epis sticāq' *gv* (epyspasticamque *l*, epispaticam quae *b*, epyspa cam q. *r*). | comprehendat *rb*. 6 Merito — (8) auxilium Merito ergo virtus eius omnis est tantis insinuata indiciis, quam numerosis corporis vitiis praestet auxilium *rb*. 8 acc 10 palato *om. rb*. | gargarizatus (*sc.* sucus) . . . admotus -tum *rb*. 11 crassior *vb*: grassior *gl*(*r*). | sternutamento -ti *gl* (sternumenti *v*). 14 liberos *gvl*: *om. rb*. | meatus -tum *rb*. 15 serpentum *gvl* (*rb*). | ignibus (*suprascr.* ictibus | et scorpionum *om. l*. | tritum *rb*: tritus *gvl* (*cf. v.* 10) 16 non *gvl*: nec *rb*. 17 Positam *l*. | incastica *l*. 18 ei modi *gvl*: huiusmodi *rb*. 19 quoniam (qūō *gr*, q̄m̄ *v*) *gvl* quomodo (*nota male explicata*) *b*. 20 nec nisi *gvl*: ne nisi *rb*. | ac *gvl*: et *rb*.

Digitized by Google

tormenta subeunda sunt. sed hoc genere tormenti et umor capitis avertitur qui caecitatem oculis comminatur quique stomacho atque pulmoni acer instillatus letaliter ad pthisim praestruit. et coxae dolores per vesicas et pustulas digeruntur, et splenis tumor solvitur ac iocinerum indignatio relaxatur, et hydropicis innatans umor iam non reversurus hauritur. aiunt et lethargicos excitari, si pedes eorum simul tritis sinapi et fico arida perfricentur. nos interim de suco locuti sumus qui semine exprimitur, admixtus scilicet nunc aquae nunc melli si usus exegerit. est et aliud quod ex caule colligitur: hic cum inaruerit, lacteam facit guttam, utilem dentibus si in dolore mandatur. elegans ex eo velut antidotum Plinius tradit. nam semen sinapis eiusdemque radices in musto contineri iubet: hoc colatum putat dandum vitiis faucium stomachi capitis oculorum, potioni modum statuit quantum manus plenae

2 et humor (umor *v*) *gvl*: humor (*om.* et) *rb*. 3 atque: aut *r*. 4 loetaliter *gv* (lęthaliter *r*), loetale iter *l*. | pthisim *r*, ptisim *g*, ptysin *l* (*rb*). 6 iecinorum *rb*. 7 ydropicis *g*: hidro- (ydro *l*)picus *vl*. | innatans *gvb*^m: uitiatus [tans] (*sic supra scr.*) *l*, minitans *rb*. | iam *gvlb*^m: tam *rb*. 8 lethargicos (*Pl.*): lethargos *gvl* (*b*, lythargos *r*). 9 sinapi: *sic gvl* (*rb*). | fico *gv*: ficu *l* (*rb*). | arida *gvlb*^m: ariola *rb*. 10 Nos *gvl*: Nunc *rb*. | interius *l*. 11 admixtus: -tis *gvl* (*rb*). | aquę (aque *vl*) . . . melli *gvl*: aqua . . . melle *rb*. 12 exegerit *gvl*: exigit *rb*. | aliud quod *gvlb*^m: alius qui *rb*. | ex *gvl*: *om. rb*. 13 hic: hoc *b*^m. | inaruerit (inharuerit *g*) *gvl*: inhaurierit *b*^m, expressus fuerit *rb*. 14 mandatur *vl*: mundatur (*cum* u *ex* a *aperto*) *g*, illiniatur *rb*. | Elegans — (15) nam *gvl*: Fitque elegans ex eo antidotum sicut docuimus (*sic dissimulato nomine Plinii*) *rb*. 15 semine . . . radicibus *r*. 16 in musto *gv*: vini musti *l*, in musco *rb*. | contineri — putat *gvl*: *om. rb*. 17 dandum *gvl*: (in musco) datur *rb*. 18 modum statuit *gvl*: modo statuto *rb*. | plenae (-nę *g*, -ne *l*) mensura *gvl*: plena *rb*.

Digitized by Google

mensura concludit. fit ex sinapi oleum semin fuso, lumborum doloribus et nervis torpent necessarium.

Plin. 20,33.

### XXX. De cauliculo.

Cato tradit populum romanum sexcentis annis medicina brassicae usum. nondum enim urbem commeaverant medici, qui in artem rede runt quemadmodum magno sanitas constet, et per grina pigmenta secum attulerunt ut illis inponere pretia quae vellent. ceterum militares viri glorio cicatrices gratuito holere curabant, eodem horto ad salutem: dum illos pascit, et sanat. ponam pri in loco medicamentum re vera ita appellandum tonis antidotum, quod ille ex brassica componen putavit dolori capitis, oculorum caligini, stoma et praecordiis profuturum. crudam cum colian et ruta et menta et radiculis laseris ex aceto melle conteri iubet ac mane ieiunis duorum a tabulorum mensura propinari. ceterum brassica modo curat: vulneribus non solum recentibus ver

* (line 4, beside "annis")

(62) Sinape calidum est et egeritur, sed ⟨hoc⟩ restri urinam. semen eius tritum cum melle et aceto mixt caput purgat gargarizatum. stomacho contrarium crud coctum cum olere iuvat stomachum. semen eius tri cum aceto serpentium vulnera curat.

1 Fitque *rb.* | sinapi *rb*: sinape (*hic*) *gv*, synapis *l.* | fusum *l.* 4 sescentis *vl.* 6 urbem *rb*: urbe *gvl.* | comm verant *v*(*rb*): commoveaverant *l*, commeaverĩ (-verunt) artem *rb*: arte *gvl.* | redierunt *l.* 7 magna *l.* 8 p. se pigmenta *rb.* 10 horto (orto *g*) usi *gvl*: horto cura usi 14 capitis dolori *rb.* 15 coliandro *gvl*: coriandro *rb* (i *p.* 167,5). 16 laseris *gvl*: lasseris $l^c$, lasaris *rb.* 17 tabulorum *l.* 18 ceterum *gvb*: Cerebrum *l*, De cętero r. 19 curat *gvl*: curans *rb.* | verum *vl*(*rb*): sed *g.*

Digitized by Google

:tiam veteribus, canceratis quoque, si prius aqua ;alida fota sint, crudam contritam bis die inponi ⟨iubet⟩. et impetigines credit hoc modo tritam sine ılceratione sanare. podagrae atque articularibus norbis cum ruta et coliandro et hordei farina et ;alis mica utiliter admoveri putat, fistulas itemque uxata discutere, tumores aut evocare aut spargere npositam, insomnia ac vigilias compescere si decocta :um sale et oleo ieiunis in cibo detur, decoctae ıquam in fomento nervis articulisque prodesse. ɜius qui brassicam ederit urinam servari iubet, quam :alefactam nervis utilem adseverat. pueros etiam ıumquam debiles fieri si ex ea urina frequenter aventur.

hactenus de Catone. nunc ad medicos transeamus, *Pl.*
ɜx quibus Chrysippus peculiarem brassicae librum 20,34.
licavit omnium membrorum ex ea remedia conti- ıentem. eius et ceterorum de brassica haec opinio ɜst: cibus eius adsiduus caliginem discutit, con- :octioni prodest, purgationem feminis excitat, copiam actis infundit. semicruda alvum resolvit, bis cocta :onstringit. cruda ex aceto sumpta splenicos curat, *

1 quoque *gv* (*cf. Pl.*): que *l* (*rb*). 2 fota *gvl* (*rb*): fomenata *b*^m^. | fota. sic contritam crudam *l.* | bis die *g*: bis in die *l* (*rb*). | imponi et (Et *vl*) *gvl* (*addidi* iubet *ex Plinio cf. rb*). 3 et in(im *vl*)petigines credit *gvl*: et ad impetigines iubet reditque *rb.* 4 ulceratione *gvl*: exulceratione *rb.* 6 s. quo- ıue mica *rb.* | itemque *gvl*: atque *rb.* 7 luxata *rb* (*Pl.*): axata *gvl* (*cf. ad p.* 165,14). | discutere tumores *vl* (*cum Od. t Pl*): discuteret humores *g* (discutere, humores *rb*). 8 in- ɔosita *vl.* | si — (9) detur *gvl*: *om. rb.* 9 Decocte aquam *l* (*rb*): Decocta ea quā (*male dist.*) *g*, decoctaeaquā (*sine dist.*) *v*. 11 Eius quoque qui *rb.* 12 nervis asseverat utilem *rb.* | ad- ıeverat *gv*, ass- *l.* 13 ea *om. vl.* 15 Actenus *v*. 16 cri- ıippus *g*, chrisippus *v.* 17 membrorum *gvlb*^m^ (*Pl.*): morborum ·*b.* 18 Eiusque *rb.* 19 est. Cibus (Cybus *l*) *gvl*: est, quod :ibus *rb.* | eius *g* (*rb*): *om. v.* | assiduus *gvl.* 20 foeminis ex- ɔurgationem excitat *rb.* 21 bis cocta (*Pl.*): discocta *gvl* (*rb*). 22 splenicos *vb*: plenicos (*sic*) *g*, spenicos *r*, spleneticos *l.*

Digitized by Google

partus etiam mortuos pellit. cocta contrita et sto- * macho cum axungia vetere et rosaceo superposita ardores febrium mitigat. lepras et psoras cum alumine rotundo ex aceto inlita emendat, eadem virtute medicaminis etiam fluentes capillos retinet. testium et genitalium vitiis utiliter inponitur, efficacius pro- *D.* futura si fabae tritae misceatur. Dioscorides sucum 2,146. eius viridem cum iri et nitro ad molliendum *alvum* dari censet. podagricis et arthriticis cum *aceto et* feni graeci farina utiliter inponitur.

* Catapotia Corneliana alectoria fiunt ex brassica satis innoxia, Corneliana ab auctore dicuntur, alectoria quod post balneum sumpta circa cantum gallorum alvum incipiunt commovere. eorum compositio talis est: cucurbitae agrestis interioris medullae s̅c̅. VI, piperis s̅c̅. VI, dacrydii s̅c̅. XII, mastices s̅c̅. XII, haec trita et creta suco brassicae temperantur et in pilulas ad modum erviliae deformantur. ex his quinque vel septem, interdum etiam novem post balneas propinantur, nec erit necesse ut is qui accipit aliquid de cottidianae vitae consuetudine inmutet.

*Pl.* 20,35. Stirpes eius aridi combusti et in cineres redacti vim causticam praestant, qua ratione ad veteres *la-*

1 contrita et *gvl*: contritaque *rb*. 2 vetere *gvl*: -ri *rb*. | rosacio superposito *g* (*non v*). 3 psoras *rb* (*Pl.*): sporas *gvl*. 4 rutundo *g* (*non v*). 7 Dioscoridis *gv*. | vero succum *rb*. 8 iri *g*: yri *lr*, hyri *b*. | admoliendū *v*. 9 dari *om. l*. | artitricis *gvl*, art(h *b*)etricis *rb*. 10 feno(-nu *b*)graeci *rb*. 11 Cataputię ... allectoriae (*etc.*) *r*. | allectoria *gv* (*b*), electuaria[al] (*sic*) *l*. | brassica *rb*: -cae *g*, -cę *v*, -ce *l*. 12 Corneliana— allectoria *gvl*: *om. rb*. | Electuaria[Al] *l*. 15 (*etc.*) s̅c̅ *gv*, sc̅r̅. *l*. 16 dacrydii *g*, dacridii *v*: dyagridii *l* (*rb*). | masticis (*sic*) s̅c̅. (sc̅r̅. *l*) XII. *gvl*: *om. rb*. 17 haec — creta *gvl*: quae trita et cribrata *rb*. | pilas *l*. 18 erviliae *r*: herbiliae (-ię *v*, -ie *l*) *gvl*, herviliae *b*. | V *gvl* (*r*). 19 VII *vlr*. | VIIII *v*, IX *l*. | balneas: *sic gl* (*rb*), banneas *v*. 20 his *r*. 21 cotidianę *v*, -ne *l*. 22 Stirpes quoque e. *rb*. 23 veteres *gvl*: ventris *rb*.

Digitized by Google

teris et coxae dolores cum axungia vetere efficaciter admoventur. eundem cinerem si quis psilotris cum aceto et lasere coniunxerit, detracti pili non renascen- G.
tur. apud Galenum invenio semine brassicae poto, (simpl.)
maximeque aegyptiae quae vehementior illi videtur, XII, 42.
lumbricos et omnia intus animalia extingui. pulvis Pl. 20,
e cinere radicum iacentem uvam subiectus attollit. 36,95.
Melitius adfirmat uvae esse remedia radicem plantae *
avulsam colloque suspensam ita ne terram post runcationem contingat.

**XXXI. De asparago.** Pl.

Asparago inest et caloris aliquantum, sed illi 20,42.
etiam styptici vigoris temperatura miscetur. inde

---

Caulium genera sunt quinque, cumanus pompeianus (29)
aricinus sabellicus bruttius, una virtus calida. cumanus Pl.
sessilis, in capite fusis et latioribus foliis. pompeianus 19,41.
ex ima parte tenuissimus totum corpus in caput contrahit tenerum alias et contra frigora infirmum. aricinum frequentibus foliis, sed qui tamen alio modo pensat quae reciduntur: plurimo caule renascitur. sabellicus est crispus, sapore dulcissimus, crassus in foliis, caule macilento. bruttius altissimi fruticis, tenuissimi caulis et duri.

In cibo utilissimi, et ventrem movent et urinam. (Pl.
sucus eorum in vino mixtus aurium dolores instillatus 20,33)
*sanat*. semen eorum cum vino tritum potum lumbricos et tineas ventris *interficit*. calefacit et fel deducit.

---

1 et coxae *gvl*: coxaeque *rb*. | vetere *gvl*: -ri *rb*. 2 admovetur *gv*. | eundemque *rb*. | psilot(h)ris *r* (*b*): spilotris *g*, pıſlotuſ *v*, pis lociis *l*. 3 lasere *gv*: lassere *l*, lasare *rb*. | ciunc|xerit *v*. 4 galienum *lr*. | autem invenio *rb*. |† semine ... poto *ego*: semen (sem̄ *v*) ... potū *gvl* (*rb*). 6 extingui: *sic gvl* (*rb*). 7 e *gvl*: vero ex *rb*. | adtollit *v* (att-. *g*). 8 Melitius *gvl*, melicius *Odo* (*cf.* Meletos *Pl.* 28,7 *s.* Miletos *Pl. ind.* 28): Melius quoque *rb*. | adfirmat *v*: affirmat *g*. 9 runcationem $b^m$: truncationem *gvl*, evulsionem *rb* (*Odo*). 11 et *om. d.* | aliquantulum *ld*. 12 etiam illi vigoris stiptici t. *d*. | stiptici *etiam g* (styptici *v*).

Digitized by Google

stomacho laborantibus cibus utilior. transit in antidoti vicem si cum cymino oleo sale ieiunis offeratur et coli dolorem sic acceptus emendat, caligines discutit, ventrem leniter mollit. radix ex vino albo trita et in potione perducta calculos frangit. eadem lumborum dolores et renum sedat. medetur etiam vulvae querelis. aceto discocta et inposita contra elephantiasim efficax creditur. eadem sicca tunsa et in lana denti dolenti admota sine dolore eum detrahit. semen obolorum trium pari pondere cum cymino potui datum venerem stimulat, sollicitat urinam.

## * XXXII. De armoracia.

(*cf. P.* 20,12). Calida est armoraciae virtus, et ideo in cibo sumpta copiosam effundit urinam. incitat etiam menstrua feminarum. stomacho utilis ex aceto data pituitas glutinosas cum melle sumpta dissolvit. radix

---

(*cf. Anecd. II*,123). Asparagi in cibo sumpti stomacho prosunt. calidi sunt. radix in aqua cocta vesicae causas omnes curat et calculum frangit. in vino cocta radix eius quartanariis prodest, dentium dolores tollit et agitatos confirmat. renum dolores et urinarum suffocationes purgat. semen eorum tritum cum vino (*pot.* cymino) potum venerem stimulat.

---

2 cimino *gv.* | c. cymine (*sic*) et sale *l*, c. cimono *et sale d* 3 choli *gv.* 4 ex v. albo pota (pota albo *d*) calculos fr. *ld* (*cet. ad h. l. cf. Plin., ubi male dist. Detlefsen*). 5 perducta *gv*: data *rb.* 6 dolores *gvld*: -rem *r* (-re *b*). | querelis vulve *ld* 7 discoctę imposita *g* (discoctaeimposita *v*). | discocta: decocta *Pl.* | eleph(f)antiasim *gv* (*rb*): -sin *ld.* 8 creditur esse. *ld* 9 dolenti *rb* (*cf. D.*): dolentis *gv*, doloris *ld.* 10 pari pondere *om. g* (*non vld*). | cum cymini pari pondere *rb* (*cf. Pl. et supra p.* 154,13). 11 urinam sollicitat *rb.* *tit.* (*etc.*) armoracia *gv*: -tia *ld* (*rb*). 12 et ideo *om. d.* 13 etiam *om. d.* 14 utilis ex *gv* (*rb*): utilis est ex *ld.*

Digitized by Google

adusta et in pulverem versa siccandis ac purgandis vulneribus inponitur. quidam sucum eius ex vino datum contra venena utilem crediderunt. eadem trito semini vis est, si cum melle sumatur. nobis expertum est armoraciam in ptisanae sorbitione discoctam thoracis vitia sanare.

**XXXIII. De pastinaca.** *Pl.* 20,15.

Pastinacae vis omnis in radice et in semine constituta est. aqua mulsa in qua radix discocta est potui data iocineris et lienis querelas, lumborum et renum vitia compescit. dysentericis etiam vetustis utilis radix in lacte decocta. trita ex aqua et in sucum redacta ac potui mensura quattuor unciarum data opisthotonicis et pleureticis praestat medelam. radix collo alligata tumores testium sedat. negant * feriri a serpentibus qui pastinacam secum ferant vel ante gustarint. venerem stimulat copiosior in cibo sumpta. dentes radice pastinacae circumscalptos credunt a dolore relevari. semen ex vino vel ex posca datum scorpionum venenis resistit. aeque semen ex vino datum tumentem alvum feminarum

2 Quidam s. *gld*: Quidam vero s. *rb*. | eius *vld* (*rb*): *om. g*. 3 crediderunt (-r̄ *v*) *gvld*: -re *rb*. 4 trito: trita *gv*, -ti *rb*, *om. ld*. | semini *gvld*: -nis *rb*. | Nobis *gvl*: Nobis quoque *rb* (nobis — est *om. d*, *ubi* Armoracia ... discocta ... sanat). 5 ptisanae *b*: tisanę *g*, tisane *vd*, tysanae *r*, ptypsane *l*. 7 in *gvl*: *om. rb*. 8 constituta est *gv*: est constituta *l* (*rb*). | aqua vero *rb*. | discocta est *gv*: cocta est *l*, est discocta *rb*. 9 iocineris *gv*: iocinoris *l*, iecinoris *rb*. | lumborum vitia et r. *l*. 10 Dysentericis *g*: dysintericis *v*, Disyntericis *l* (Dissin- *r*, Dyssen- *b*). | vetustissimis *l*. 11 aut trita *rb*. | aut in succum *rb*. 12 suco *gvl*. | IIII. *g*, $\text{IIII}^{\text{or}}$ *v*. 13 opistotonicis *gv*: opystonicis *l*, opistotonis *rb*. | spleureticis (*sic*) *r* (spleneticis $b^m$). | medullā (*sic*) *g*, medellā *v*. 14 radix quoque *rb*. 15 ferunt *l*. 16 gustarint *gv*: -tarunt *l*, -taverunt *r*, -taverint *b*. 17 Dentes vero *rb*. | pastinace radice *l*. 18 adolore *gv*: ad odorē *l*, dolore *rb*. | semen vero *rb*. | vel ex pusca — vino (*om.*) *in marg. suppl. l*. 19 posca *gv* ($b^m$): pusca *l* (*rb*).

Digitized by Google

et suffocationes ex matrice praeclusa efficaciter solvit. cum melle tritum canceratis vulneribus inponitur.

*Pl.* 20,11. **XXXIIII. De napo.**

Non unam eandemque virtutem in omnibus napis experta medicina est. hoc enim quod angulosis foliorum caulibus ad anethi similitudinem floret, vesicae laboranti itemque cessantibus menstruis feminarum decoctum ex aqua mulsa utile exis*timant.* per quae non dubie ostenditur calidam pos*sidere* virtutem. semen quoque eius tostum atque tritum bibendum ex aquae calidae cyathis quattuor dysentericis obtulerunt, sed urinam videtur inhibere nisi illi pro modo lini semen addatur. alterum genus est quod simile rafano ac rapo videtur, laudatissimi seminis et contra venena fortissimi. ob hanc causam optima quaeque theriaca sine eo nulla conficitur.

---

(39) Pastinacae *vis* calida et austera, in radice et in semine constituta est. radix eius in mulsa cocta datur *ad* iocineris et lienis, renum et lumborum dolores. in cibo saepius sumpta venerem stimulat. semen eius ex vino tritum menstrua provocat, et matricum suffocationes sanat.

---

(40) Napi calidissimi sunt et conturbant corpus. non deducuntur, sed minguntur. tritis cum melle dysentericis cataplasma umbilicum et renes. semen eius contra venena potum datur. ex vino similiter potum urinam movet.

---

1 praeclusa: -sas *gvl* (*rb*). 3 et eandem *ld.* 4 est medicina *rb.* | hoc *gvld*: id *rb* (*sc.* genus). 5 anethi *gv* (*b*): aneti *ld.* | floret similitudinem *rb.* 8 quę *g*, q̄ *v*, quod (qꝫ) *rb* (*l*). 10 aqua calida ecyatis quattuor *g*, a$\overset{a}{q}$ calidaecyatis. IIII. *v*, aqua calida cyatis IIII. (ciatis. III. *d*) *ld.* | dysen(in *v*)tericis *g*: dissen- *l*, disen- *d* (dissin- *r*, dyssen- *b*). 11 optulerunt *ld* (obt- *gv*). 12 pro *gvld*: aequali *rb.* 13 laudatissimi *g* (laudantissimi *vld*): lautissimi *rb.* 14 f. seminis *b* (*propter dittographiam in r, ubi sic*: „l. seminis et c. v. fortissimi seminis. et contra venena fortissimi.“). | ob hanc *etc. om. d.* | hanc *gvl*: quam *rb.* 15 quoque *r.* | nulla *gv*: *om. l*, non *rb.*

Digitized by Google

### XXXV. De rapo. *Pl.* 20,9.

Rapa Democritus tamquam contraria corpori
damnat. putat enim ex is inflationes stomachi ex-
citari. contra Diocles itemque Dionysius etiam ne-
cessaria existimant propter eas virtutes quae sub-
iectae sunt. antidotum repraesentant cum ex oleo
et vino trita sumuntur. venerem stimulant, eo
validius si cum eruca condiantur. tosta et cum adipe
contusa articulorum dolori medentur. ferventia in-
posita perniones mitigant, frigus ex pedibus expellunt.
aqua in qua discocta sunt frigidis podagris salubre
fomentum est. cuicumque vitio pedum maximeque
trituris cruda tunsa succurrunt. contra serpentes *
et toxica datur semen ex vino bibendum. idem
semen ex vino vulneribus venenatis inlitum prodest.
secundum haec semen in rapis potest calidum et *
fervens videri, ipsa paulo solutiora creduntur, sed
quod minus possident caloris, molliendi potestate
compensant.

---

Rapa si frequens comedatur stomachi inflationes facit. (40$^{b}$)
calda ubi coxerint radices eius podagricos fove. semen
eius ex vino tritum contra serpentium morsus datur.

---

*tit.* De rapo *gv*: De rapa *ld* (*rb*). 1—6 *om. d.* 1 Rapa . . . contraria (*etc.*) *gv*: Rapam . . . contrariam *l* (*rb*). 2 is: his *gvl*, ea *rb*. 3 dionisius *gv*, dyonisius *l*. 5 A. namque representat *rb*. | cum *gvl*: *om. rb*. 6 sumuntur *gvl*: sumitur (tritum sumitur *r*) *rb*. | *hinc incipit d*: Rape venerem stimulant *etc.* | stimul$^{n}$at (*ips. corr.*) *g*, -lant *vld*: -lat *rb*. 7 condiantur *gv*: (sumuntur *l*, *sed supra scr.*) condiuntur *ld*, condiatur *rb*. | tostum . . . contunsum *r*. 8 medetur *rb*. | fervens . . . mitigat . . . expellit *rb*. | impositum *r*. 11 c. vero vitio *rb*. 12 cruda tusa succurrunt *hic* (*ut infra v.* 16 ipsa *etc.*) *etiam rb*. 13 Idem *gvl*: Itemque *rb*. 14 ex vino *post* venenatis *rb*. | illitum *ld* (*rb*). 15 sqq. *om. d*. 16 Ipso *l*. 18 compensant *g* (compensat $b^{m}$): conpessant *v*, compescant *l* (plene compescant *rb*).

*Diosc.* 3,38.

## XXXVI. De thymo.

Thymum inter ea recte ponitur quae virtutem calidam simul austeramque sortita sunt. in cibo sumptum caliginem discutit, lumbricos interimit, urinam inpellit, menstrua feminis provocat, uteri reliquias vulvae inhaerentes vel ipsos partus emortuos extrahit. tritum cum melle et ad modum ligulae datum flegmata in cibo solvit. tritum ex aceto et inpositum eodem modo papulas fugat et emin*entia* excidit. mixtum polentae et in vino maceratum coxaeque fervens superpositum ischiadicis salutare est.

*Pl.* 20,67.

## XXXVII. De origano.

Origano Graeci tria nomina posuerunt, ex quibus unum tragoriganum, aliud heraclium, tertium onitem vocaverunt. sed illa maioris virtutis atque efficaciae sentiuntur in ratione medicinae, hoc sativum cuius nos meminimus aliquanto infirmius illis scilicet comparatum. ceterum nec ipsum sine acri virtute sentitur. ex vino albo tritum in potione

---

(*cf. Anecd. II*,123). Thymum virtutem habet calidam ut ysopus. caliginem discutit, lumbricos eicit, urinam compellit, menstrua provocat, fetum mortuum extrahit et secundas. pulvis eius ex vino potatus . . . pulvis eius cum melle mixtus tussim tollit.

---

1 Thy(i)mum *gvld*: -us *rb*. | ea *ego*: haec *gvl* (*rb*). | recte inter haec *rb*. 3 sumptum *gvld*: -us *rb*. 4 inpellit (*sic*) *gv*. 5 emortuos partus *rb*. | mortuos *ld*. 6 *sqq*. tritus . . . datus . . . tritus . . . impositus . . . mixtus . . . maceratus . . . positus . . . salutaris *rb* (*contra gvld*). 10 sciaticis *gvld* (*rb*). 11 posuerunt (posuer̄ *v*) *gvl*: -re *rb*. | ex *gvl*: e *rb*. 12 trigori canum *rb*. | heraclium *gl*, eraclium *v* (eradium *rb*). 13 onitē *gv*, oniten *l* (*rb*, onitin *Pl*.). | vocaverunt (-r̄ *v*) *gvl*: -re *rb*. | virtus (*sic*) *v*. 14 hoc *gvl*: *om*. *rb*. | sativum est c. *l*. 15 aliquanto *gv*: aliquando *rb*, *om*. *l*. 17 vino enim a. *rb*. | tritum in *gv*: tritum et in *rb* (*l*).

Digitized by Google

umptum scorpionum et araneorum venenis resistit, ruditates discutit. stomachi morsus ex aqua calida latum lenit. cum oleo et aceto tritum collectumue sucida lana luxatis et contusis partibus prodest.

**XXXVIII. De cerefolio.**

Cerefolio ignea vis et acerrima est. potest cum (*cf. Pl.*
nelle canceratis mederi, lateris dolores haustum ex 19,170
ino mitigare. quidam illud oleo incoctum acopis *de sinapi!*)
d solvendam iniuriam frigoris miscuerunt. ex aqua ulsa pituitam resolvit, ex aceto lumbricos et taenias erimit, urinam ciet, menstrua inpellit. tritum cum era et axungia vetere parotidas discutit, solvit mnem tumorem.

**XXXVIIII. De serpyllo.** *Pl.* 20,90.

Serpyllum calidum simul et nobis utile medicinae sus ostendit. capitis dolores coctum ex aceto et um rosaceo tempori ac fronti inlitum mitigat. ser-

---

Origanum, hoc est conela, calidum est, et mingitur, (*cf.*
educit etiam flegma. elixa in aqua pota fervorem om- *Anecd.*
em sanguinis et coleram compescit. elixatura eius in *II*,123).
qua cocta epaticis et tussientibus prodest. ex vino albo octum potatum scorpionum et araneorum ictus mitigat. oleo et aceto coctum in lana sucida imponitur luxatis fracturis prodest.

---

1 araneorum *gv*: -nearum *rb* (*l*). 2 cruditatem *l*. | morsus omachi *rb*. 4 lauxatis (*sic*) *g*. 5 vis et *vl*: vis est et *rb* (*g*). 6 laterisque *l*. 7 Quidam vero i. *rb*. | i. incoctum oleo ac isa (*pro* acopis) ad s. *l*. 8 miscuere *rb*. | Ex aqua autem . *rb*. 9 tineas *gv* (*rb*), tyneas *l*. 10 impellit *hic gv*: -pellit (*rb*). | cum *om. l*. 11 vetere *gvl*: -ri *rb*. | solvitque *rb*. 2 timorem (*sic*) *v*. 13 Serpyllum (*sic*) *gv*. | et *gvl*: *om. rb*. 5 cum *gvl*: *om. rb*.

Digitized by Google

pentes et omnia animalia venenata adusti nidor repellit. ideo et messoribus in cibo miscetur, ut si fatigatos forte somnus oppresserit, tuto quiescant contra animalia quae id temporis venenatis morsibus saevire consuerunt. contusi pulvis ex scripulis XII in aqua datus tormina emendat, urinae difficultates resolvit. lienis iniuriae idem pulvis ex aceto mixtus occurrit, nec minus cruentis excreationibus subvenit ex duobus cyathis mellis et aceti temperatus. (*Pl.* 20,100 (*cf. Ps. Plin.* 3,37).) atque ut serpylli potentiam intellegas, subdidi th*eriacam* in templo Aesculapii ab Antiocho rege Syriae versibus dedicatam, in qua non levem meruit portionem. est autem compositio haec. trifolii scripuli VI, opopanacis sc̄. VI, serpylli sc̄. VI, anesi sc̄. XII, feniculi sc̄. XII, amuli sc̄. XII, apii seminis sc̄. XII, ervi farinae — I, haec simul trita vino quam potest optimo colliguntur et in pastillos victoriati ponderis scripuli IS digeruntur. ex his singuli dantur ex vino mixti cyathis tribus. hac theriaca magnus Antiochus semper est usus adversum toxica et potiones malas et animalia venenata, cui quantum debuerit ex eo licet colligere quod testimonii sui arbitrum medicinae deum fecerit.

1 adusti nidor *gvl*: adustum nidore *rb*. 3 tuto *gvl*: tute *rb*. 4 id temporis *gvl*: hoc tempore *rb*. | morsibus *gvl*: hausibus *rb* (haustibus *ed. Ven.*). 5 consuerunt *gvl*: consueverunt *rb*. | ex: et *g*. | scripulis *g* (cripulis *v*): sc̄r. *l* (dracbmis quattuor *Pl.*). 6 datis *l*. | torminia *l*. 7 Lienis quoque i. *rb*. 8 execrationibus *b* (*non r*). 9 aceti *gvl*: -to *rb*. 10 theriacam (-cā) templo *gvl* (*om.* in *quod add. rb*). 11 esculapii *vl*, scolapii *g*. | anticho *v*. 12 quo *l*. 13 est—haec *gvl*: quae recipit (scrupulos) *rb*. 14 *sqq.* scripuli *vel* sc̄. *g*, sc̄. v, sc̄r. *l*. *de numeris vid. Plin.* | anesii *l*, anisi *b*. 15 amuli *gvl*: ami(y)li *r* (*b*). 16 hervi *gvl*. | — I. *g*, — I. *v*, ∻ I. *l*. | quam potest *gvl*: *om. rb*. 17 victoritati *rb*. 18 scripuli IS *ego*: scripuli. II. *g*, sc̄. II. *v*, sc̄r. II. *l* (*quod ex interpretamento additum*), scry(u)pulorum duorum *rb*. | his *gvl*: quibus *rb*. 19 vino *gvl*: vini *rb* (*Pl.*). | Ciatis .III. *vl*. 21 debuerit *gvl*: debuerunt *rb*. 22 ex eo: ex oleo *v*, ex eo loco *l*. 23 arbitrum: arbitrium *g*, -triū *v*, -trio *l*, participem *rb*. | medicinae *om. l*.

Digitized by Google

**De sisymbrio.** (27 *coniunct. c. Apul.*) *D.* 2,154.

Sisymbrium virtutem habet calidam. semen eius ex vino potum difficultates urinae calculos frangit, singultum et tortiones intestinorum sedat. folia eius trita et fronti vel temporibus inposita dolorem capitis extinguunt, contra ictus vesparum vel apium prosunt. sucus eius potus vomitum restringit.

---

**De portulaca** (porcellaca *Pl.*). (43) *D.* 2,150.

Portulaca recens refrigerat [calefacta vero calefacit et refrigerat]. ad oculorum tumores trita cum pane inponitur et podagricis simili modo medetur.

---

**De escaria.** (44) *unde?*

Escaria virtutem habet medendi omnibus doloribus internis hepatis et stomachi. sucus eius cum pulvere piperis triti potui datur. similiter et ictu laesis.

---

**De abrotano.** (45) *D.* 3,26.

Abrotanum virtutem habet calidam. folia eius trita cum malis cydoneis cocta oculorum tumores curant. tritum et coctum cum polline hordeaceo furunculos spargit. semen eius suspiriosis ⟨prodest⟩, urinarum difficultates solvit. contra scorpionum ictus cum vino potatur. ex *vino* potum menstrua provocat.

---

**De panagorace.** (48) *unde?*

Panagorace causticam virtutem habet id est calidam. folia eius in mulsa cocta pota tussientibus prosunt. semen eius tritum cum pipere ex mulsa potum ventrem et urinam movet et calculos in vesica frangit.

---

**De ulpico.** (58) *unde?*

Ulpicum indigestibile est. cum vino tritum potui datum calculosis prodest.

---



Digitized by Google

## XL. De piro.

*D.* 1,167. Pirorum naturam Dioscorides stypticam credidit et ideo contrita inposita impetus omnes incurrentis umoris avertere eaque ratione compescere etiam * quae de tumore sublata sunt. recentibus certe admota vulneribus sistere sanguinem profluentem, per- *cf. Gal.* ducere vulnus ad cicatricem. Galenus non unam in *XI*, 834 (*VI*,603) piris sed ex pluribus mixtam putat esse *virtutem.* *ubi?* nam quaedam ex is austera quaedam acida *quaedam* dulcia deprehendit. austeris quidem posse concedi ut styptica et constrictiva videantur. acidis autem inesse aliquid et caloris, unde plerumque dissolvunt stomacho inhaerentem flegmatis densitatem. dulcia cum sint aquati et soluti saporis, nihil in se neque frigidi neque calidi continere. ex quibus singulis pro discrimine generum et necessitate causarum ordinanda etiam subsidia medelarum. austera et acida in cibo sumpta stomacho existimant convenire, siti minime convenire, in dulcibus universa contraria. aqua in qua pira sicca decocta sunt, mirifice valet fluxum ventris inhibere. non minus proderit

*tit.* (*item in seqq.*) pyro *gvl.* 1 dioscoridis *g*, dyoscoridis *v.* | stypticam: *sic gv* (*l*). | credidit *gvl*: credit *rb.* 2 et *gvl*: ac *rb.* 5 profluentem *gvl*: fluentem *rb.* 6 Gallenus *v*, Galienus *l* (*r*). | in *om. l.* 7 piris *hic v.* 8 is: his *gvl* (*rb*). 9 et austeris q. *rb.* | posse *gvl*: *om. rb.* 10 stiptica *gv.* 11 unde et pl. *rb.* 12 inhaerentem stomacho *rb.* inherentem *g.* 13 aquati *gv* (*et Epit.*): -tici *rb* (*et l*). | neque frigidi neque calidi *vl*: nec calidi nec frigidi *rb* (neque cal. neque fr. *g*). 15 pro generum discr. et causarum nec. *rb.* 16 ord. etiam *gv* (*et epit.*): ord. sunt etiam *rb* (*et l*). | medellarum *gv* (*et Epit.*). 17 acida: arida *l.* | existimant *gvl*: -antur *rb.* 18 siti (sitī *v*, sitim *g et corrupte* — stcī — *l*) minime convenire *gvl*: *om. rb.* | universa *gvl*: vero omnia *rb.* 19 aqua *etc.*: *abhinc d* (*qui om. v.* 1—19). | decocta *vld*: discocta *rb* (*g*). | sunt: des̄ (desunt *sic*) *v.* | mire *d.* 20 valeat *gv*: valent *ld,* valet *rb.* | non *gvld*: nec *rb.*

Digitized by Google

si vel folia sola decocta sint. adnotatum in piris quod praeter alia poma corpus nutrire credantur. Galenus adfirmat pira ieiunis oblata ventrem con- *ubi?* stringere, eadem post cibum sumpta dissolvere. folia ignitis admota vulneribus possunt mitigare fervorem. radix piri alligata tam diu creditur conceptum im- * pedire quousque portetur. aiunt et ipsa poma removenda cum feminae partus incubuit: si in eodem loco fuerint, difficulter uteri claustra reserari. semen pirorum cum melle contritum et saepe ieiunis datum traditum dolorem iecoris submovere.

### XLI. De malo granato.

De punici arbore quod vim stypticam obtinet *D.* omnes fere medici una opinione consentiunt. verum 1,151. in ipso genere pomorum dissonans virtus et quadri-

---

Pirorum natura styptica, genera multa. quaedam (67) acida habentur quaedam dulciora quaedam austera. quae sunt acida habent aliquid caloris, unde plerumque dissolvunt stomacho inhaerens flegma densissimum. dulcia quae sunt aquati et soluti saporis nihil in se neque frigidi neque calidi continere. ex quibus singulis pro discrimine generum et necessitate causarum ordinanda etiam *subsid*ia medellarum. austera et acida in cibo sumpta stomacho conveniunt, sitim movent: dulcia in omnibus contraria. ante cibum sumpta ventrem stringunt, post cibum solvunt.

---

1 decocta *gvld*: discocta *rb*. 2 credantur *gvld*: -duntur *rb*. 3 Affirmat etiam Galenus *rb*. | Galienus *l* (*r*). | adfirmat *gv* (dicit *d*). | ventrem: venerem *l* (*non d*). 5 possunt *gvld*: *om*. *rb*. 6 radix vero p. *rb*. | tandiu *b*: diu *gvld* (*r*). | impedire *g*, inpedire *v*. 8 Si enim in *rb*. | incumbit *d*. 9 fuerit *rb*. | Semen autem p. *rb*. 10 contritum *gvld*: tritum *rb*. 11 traditum (*sc.* est) *gv* (*rb*): traditur *ld*. 12 stypticā *v*: stipticam *g*. | optinet *v* (*l*).



Digitized by Google

fariam divisa cernitur. nam dulcia continent aliquid et caloris, et inde inflationes stomacho movent nec tuto febricitantibus dari possunt. acida stomacho adcommodata sunt et urinam movent, pulmonem refrigerant, iecori blandiuntur. vinolenta de superioribus singulis aequa parte composita mediam sibi vindi-
(*cf. P.* 23,57. 107). cant potestatem. acerba illa sunt quibus coria curantur, frigidae siccantis constringentisque virtutis, quod intellegere licet cum effervescentem pellium tabem trita et aspersa consumant. cibus ex punico nullus est. nam etsi dentibus mandatur, solus ab stomacho sucus hauritur. recte igitur tradiderunt qui negant punico corpora nostra nutriri et eo sic opinantur utendum ut medicari potius, non alere videatur.

*Pl.* 23, 57-58. Mala punica in duas partes divisa per triduum in aqua caelesti madent. haec potui data coeliacis sanguinemque iactantibus salutaris est. alvum fluentem miro modo sistit punicum in olla nova operculo inlito in furno exustum et in pulverem redactum et in vino potione perductum.

1 divisa cernitur *rb*: divisa se cernitur *gv*, divisa sece[tur] *l*. 2 calores *g* (*non v*). 3 tuto *gvl*: tute *rb*. 4 accō(co[m])modata *gv*. 5 iecur blandiuntur (blandiunt *l*) *vl*. | vinulenta 6 vindicant *gv*: vendicant *l* (*rb*). 7 Illa vero acerba s. | Acerua *gv*. 9 fervescentem tabem pellium *rb*. 10 trit[a] | aspersa *gvl*: conspersa *rb*. 11 a (ab *ego*) stomacho *rb*: stomachus *g*, adstomachus *v*, ad stomachum *l*. 12 sucus *vl* [(] sucum *g*. | Recte igitur *gvl*: Igitur recte *rb*. | tradideru[nt] (-r̄ *v*): -re *rb*. 13 et eo sic *gvl*: ac si *rb*. 14 medi[cari] medicare *gvl*, mederi *rb*. | potius *l* (*Isidor.*): potus *gv*, [po]tum *rb* (*cf. in alia re ita Gal. de alim. fac.* 2,25). 16 [...] propterea p. *rb*. *ab hoc v. accedit d* (*qui om. priora*). | d[...] in duas partes *rb*. 17 madent (madescunt *Pl. cf. c.* 43): [ma]dentur *gvld*, macerantur *rb*. | Haec *gvld*: quae *rb*. | cy[...] *gld* (ciliacis *vr*). 18 et alvum *rb*. | miro m. fluentem *d*. 19 [...] culo *gvld*: cooperculo *rb*. | in: cū *d*. 20 forno *gv*. [...] vere *gv*. 21 vino potione *gvld*: vini potionem *rb*.

Digitized by Google

Ex cytinis fit remedium quod creditur tutos ab oculorum dolore praestare. Dioscorides simplicius *D.* in hunc modum tradit ut cum primum cytini erum- 1,152. pere incipiunt, tres numero additi sine contactu dentium transvorentur. ceteri, in quibus Plinius, *Pl.* efficacius putant ut qui hoc remedium petiturus est, 23,59. omni vinculo solutus, duobus sinistrae manus digitis pollice et quarto cytinum detraheret et ut supra positum est transvoraret et levi floris attactu oculos suos ante lustraret. idem cytinus siccatus et in pulverem redactus exedit carnem quaecumque vulneribus excrevit.

Est in cytino flosculus quidam antequam ex eo *Pl.* mali figura formetur, eum Graeci balaustion voca- 23,60. verunt, maximae mirandaeque virtutis: ulceribus oris itemque toxillis et uvae medetur cum melle contritus. sicci pulvis vulnera in quacumque parte genitalium nata compescit. et idem excreantibus sanguinem datus in poscae sorbitione succurrit. solutiones quoque ventris sumptus ex mero constringit.

1 1—10 *om. d.* | citinis *g*, cytinis *vl* (*b*^m^): cytrinis *rb.* | tutos — praestare *gvl*: totum oculorum dolorem detergere *rb.* | ab *vl*: ob *g.* 2 Dioscoridis *g*, dyoscoridis *v.* | D. vero s. (*inepte*) *rb.* 3 cytini *g*, citini *vl*: cytrini (*et sic semper*) *rb.* 5 trasvorentur *g.* | in quibus plinius *gvl*: ut diximus *rb* (*cf. supra*). 6 putant *rb*: putat *gvl.* 8 citinum *g* (*om. l*), cytinum *v.* 9 et levi *gv*: ac levi *rb*, et lini *l.* | floris adtactu *gv* (att. *l*): attactu floris *rb.* 11 pulverem *d* (*rb*): pulvere (*ut semper*) *gv*, *etiam l.* | exedit *gvld*: excedit *rb.* | in vulneribus *d.* 13 Est in cytino (citino *v*) *gvld* (*b*^m^): Estque in extremo *rb.* | flos. cuius (*sic*) *v.* | eo: ea *gv.* 14 eum *gv*: quem *rb* (*l*). | eum G. b. v. *om. d.* | balausion *gvl*, Balancion *r* (*unde* βαλάγκιον *b!*). | vocaverunt (-r̄ *v*) *gvl*: -re *rb.* 15 oris *gv* (*rb*, *Plin.*): acris *ld.* 16 itemque *gvl* (item *d*): et item *rb.* | toxillis *gvld*: tonsillis *rb* (*Plin.*). | et uvae (uve) medetur *gvld*: medetur. Uvaeque *r*, medetur. Et uvę *b.* | contritus *gv*: tritus *ld* (*rb*). 17 sicci pulvis *v* (*rb*): sicci pulveris *g*, siccus pulvis *ld.* 18 conpescit *g.* 19 in posce (puscae *rb*) sorbitione *gv* (*rb*): in potione *ld.* 20 sumptus: -tum *gvld* (*rb*). | mero *rb*: more *gvld* (humore *b*^m^). *huc usque d.*

Digitized by Google

*Pl.* 23,58. Fit ex acido punico medicamentum stomatice a Graecis nominatum, cuius compositio eius modi est. detracto cortice mala tunduntur, ex his sucus exprimitur, is decoctus ad tertias cum ad sextarium venerit croci s̄c. VI, myrrae s̄c. VI, aluminis scissi s̄c. VI, mellis optimi lib. I. hoc medicamento praecipue quidem oris vitia sanantur, verum et vitia narium mitigat et aurium vulnera expurgat et oculorum caliginem discutit, ulcera etiam *genitalibus* innata persanat. *Pl.* 24,79. fit et haec compositio de punicis apud Graecos oporice dicta contra marcorem stomachi ac fastidium necessaria. in congio musti coniciuntur quinque punica, totidem et cydonea, cum his sorborum sextarius, roris syriaci sextarius, croci

---

(92-96) Punicorum multae virtutes. sunt dulcia acida vinolenta acerba. dulcia habent aliquid caloris, et ideo inflationes stomachi movent et egeruntur et partim nutriunt. febricitantibus non dantur. acida frigidiora stomacho accommoda. urinam movent, pulmones refrigerant, iocinere laborantibus succurrunt. vinolenta in usu erunt meliora supradictis quia mediae virtutis sunt. acerba illa sunt quibus coria curantur. frigidant siccant et constringunt. prae is omnibus apyrena appellantur. sucus malorum granatorum acidorum stomachum nausiantem constringit.

Mala cum granis suis in duas partes divisa in aqua cocta potui dato coeliacis et dysentericis. integra cocta

---

1 stomatice *gl* (*Pl.*), -cae *v*: stomaticon *r* (στωματικὸν *b*!). 4 is decoctus *vl* (*b*, is decoctū *r*): his decoctis *g*. 5 al. s̄icci *l*. 6 obtimi *g*. | lib̄. I *g* (l̄. I. *vl*): libra una, miscentur, et ex *b* (librā. I. admiscentur, et ex *r*). *sed cf. Plin.* 7 oris *gvl* (qui de moris *sic g*): et humoris *rb*. | sanantur — narium *om. r*. 8 narium vitia *b*. 11 grecos oporie (greco soporie *sic g*) *gvl* (quod oporicen vocant *Pl.*), Gr. opone *rb*. 12 ac: et *l*. | congio *gvl*: -giū *rb*. 13 cy(i *v*)donia *gvlrb*. 14 sext. *g*. | roris: *sic gvl* (*rb*). | croci (simplic. *v*) simplicis s̄c. (sc̄r. *l*) VI *vl*.

Digitized by Google

sc. vi. omnia simul tam diu decoquuntur donec in mellis corpus crassitudo pinguescat. ex hoc cocleare grande plenum optime ieiuno cottidie datur. ipsum vero medicamentum salubriter vitreo vaso servatur. fit ex eo et roitu sceuasia quae omnibus nota est. (D. 5, 34).

**XLII. De malo.**

Dioscorides quod ad aestiva mala pertineat ita sensit ut ea crederet flegma nutrire, fellis ardores excitare, inflationes movere, nervosis partibus minime convenire. Galenus non omnia reicienda pronuntiat sed quae aut aquati saporis aut asperi aut acidi aut prope vanitate dulcis occurrunt: in his tantum esse vitia quae frustra omnibus adiudicantur. *D.* 1, 159. *Gal.* *XII*, 75.

---

in vino pota contra lumbricos et tineas ventris. cortices siccae cum gallis aeque tritae vitia dentium curant. coctae in vino et tritae perniones et tumores omnes curant et gingivas tumentes. aqua in qua coctae fuerint gargarizatur contra uvarum tumores.

Flos eius arboris, qui cytinos roas vocatur, siccatur in umbra, tritus in pulverem omnibus vulneribus medetur. cum melle tritus vulnera oris curat. balaustion id est centifolia flos eius siccus tritus vulnera quae humorem aut sanguinem mittunt desiccat. cocturas (*sic*) oculorum et faucium cum melle mixtum tollit.

---

1 Omnia *gvl*: quae omnia *rb*. | coquuntur *rb*. 2 Ex hoc *gvl*: ex quo *rb*. | cocleare *gvl*: coclear *r* (cochlear *b*). 3 obtime *g*. | cottidie *g*: cotidie *vl*. 4 vaso *gv*: vase *l* (in vase *rb*). 5 Fit—est *om. rb*. | ῥοῖτον σκευασία: roitu ceyasia *g*, roytu ceyasia *v*, yoıtū ceyasia *l*. 6 est *vl*: es (*sic*) *g*. 7 Dioscorides *hic gv*. | aestiva: τὰ τοῦ ἔαρος ἀκμάζοντα *D*., verna *Pl*. 23,100. | pertineat *gv*: -net *rb* (*l*). 10 Gallenus *v*, Galienus *l* (*r*). 11 aquati *gv*: -tici *rb* (*l*). 12 vanitate *gvl*: *om. rb*. 13 q. omnibus frustra *l*.

Digitized by Google

ipse austeris et stypticis adest fermeque is omnib
quae sola in hieme servantur: ea si matura lect
et salubriter custodita provenerint, etiam prodes
languentibus adseverat. denique farina involuta
calido cinere discocta in querelis utiliter putat st
* machi nausiantis offerri. potest malum maxime m
tianum sanguinem reicientes, pulmonis et ieco
iniuriae obnoxios sublevare, melius tamen si nu
quam ieiunis sed post cibum detur. vis ergo mal
*Gal.l.c.* umida et frigida est, quod maxime ex eo compre
henditur quod sucus qui fuerit expressus facile transit
*G. ib.* in acorem. austeris tamen malis et acidis possu
recentia vulnera statim claudi si contrita inponant
tumores atque livores ex aqua cocta et cum axun
trita compescunt.

* Fit ex malis manlianis optimis nobile medi
mentum quod graece hedrice dicitur, perquam u
atque efficax si quando verendis partibus cond
mata, vel papulae eminentes quas cacoethes me
vocant, vel callosa pars carnis excreverit.
compositio talis est. mala concisa et interius lig
parte purgata librae unius ponderis, adiectis c
sc. VI, in passi sextario decoquuntur et cum o
concoxerit, tam diu cum pulpa id est molli p

1 adesse ait *l.* | is: his *gvl* (*rb*). 2 sola in *gvl*: in sol
3 prodesse *om. l.* 4 adseverat *gv.* | in *gv*: et in *rb*
5 stomachi *gvl*: -chum *rb.* 6 Potest vero m. *rb.* | matia
*l* (*rb*): mattianum *gv.* 7 reicientes: -tibus *gvl* (*rb*). 8
levare *gvl*: relevare *rb.* 10 umida (humida *l*) *gvl*: et hu
*rb.* | maxime ex eo *g*: ex eo maxime *vl* (*rb*). 12 in n
rem *l.* | austeris: Hausta *l.* 13 contrita: contraria *l.* 16
malibus optimis (obtimis *g*) *gvlb*ᵐ: *om. rb. pro* anima
*scripsi* Manlianis. 17 hedrice *rb*: aedrice *gl*, edrice
18 atque *gvl*: et *rb.* | verendis: intendis (*sic*) *gvl*, in verendi
19 cacoethes *ego*: exacodas (*sic*) *gvl*(*rb*). 20 callosa
cal(cau *l*)culosa *gvlrb.* | excreverit *gvl*: -vit *rb.* | eius
cuius *rb.* 22 ponderis *gvl*: -re *rb.* 23 sc. VI *gv*: scrupulis se
scrypuli VI. *r*). 24 molli panis aut apyro *ego*: mollis panis
opyri (opiri *vl*) *gvl*, molli pane, et tinaperi (et tiuaperi *r*)

aut apyro conteruntur, donec in céroti lentorem mollescant. hoc adpositum vitia supra dicta sic curat ne ad ferrum venire patiatur.

Fit ex isdem malis ecligma perquam elegans: * decoquuntur ex vino falerno, sucus expressus cum melle miscetur. folia vulneribus adposita impetum * fervoris excludunt, trita cum nitro et butyro parotidas sanant, siccata et fumigata carbonibus serpentes fugant. corticis sucus eiusdem paene virtutis *est*, nisi quod adustus et in pulverem dissolutus cavatis vulneribus ut carnem reddat inponitur. uvam iacentem cum melle contritus levat. genitalium vitia cum vino aspersus emendat.

### XLIII. De cydoneo.

[Medicina ex cydoneis.] Cydonea plurimi medici eustomacha crediderunt. eadem Dioscorides et di- *D.* 1,160.

---

Malorum genera sunt multa, tamen duo sapores. (66) quae sunt dulcia vix egeruntur, flegma nutriunt, fellis ardorem movent, inflationes faciunt, quia vis humida et frigida est. cocta obvoluta in farina cinere obruta trita oculorum tumores tollunt. mala acida matura omnibus commoda, et bene digeruntur. sunt et agrestia mala, restringunt. cocta bene digeruntur. sucus eorum suspi*riosis* prodest.

---

1 cero tilento remolescant *g*, ceroti lento remolescant (remollescant *l*) *vl* (c. lentorem mollescant *rb*). 4 isdem *g*: hisdem *vl* (*rb*). | ecligma: endigma *gvl*, edumna *rb*. 5 Decoquuntur (-quntur *v*) *gvl*: Decoquitur enim *rb*. | (falerno) mala *add. l.* | cum *gvl*: et cum *rb*. 6 *abhinc etiam d* (*qui om. quae praecedunt*): Folia malorum *etc.* Folia eorum *rb*. | adposita *gv*. 8 sanant *rb* (*l*): sanat *gv*. 9 s. pene eiusdem *ld*. 10 dissolutus: redactus *d*. 11 vulneribus cavatis *rb*. 12 contritus *gvld*: tritus *rb*. *tit.* cydonio *gvl* (-neo *b*, cytonio *r*). 14 Medicina ex cidoneis (cydoneis *l*) plurimi *etc.* (*sic*) *gvl* (*titulo cum initio cap. confuso*) *unde rb*: Medicinam ex cydoniis (cythoniis *r*) pl. m. stomachantur. | Cydonea *add. N.* 15 crediderunt *add. N* (eustomacha eadem d. *gvl.* | dioscorides *hic etiam gv.* | et adiureticam *rb*.

Digitized by Google

uretica existimat, austeritatis fortasse beneficio. ceterum styptica comprimere urinam magis quam eicere consuerunt. cruda austeriora sunt. cruda itaque et matura coeliacis dysentericis sanguinem reiactantibus * prosunt in cibo sumpta. coquuntur et in cinere calidissimo farina involuta, et aegris quorum diuturna iam febris est, sine periculo dantur. thoracis et stomachi tormenta mitigant. aqua etiam caelesti madescunt, quae potest ad multa prodesse. nam et sedis vitia in fomentum adsumpta delenit et matricibus feminarum in tumore succurrit omnibusque fervoribus vehementer obsistit. infundi quoque aceto sive vino solent, quod stomachicis et intestinorum fluore vexatis oportunissime offertur.

* Fit ex cydoneis vinum quo colore languentium desideria fallantur. nam specie et gustu et odore cuiuslibet vini veteris imaginem repraesentat, ideoque Graeci ydromelon appellant. ex multis compositionibus eius melior haec et utilior traditur. post caniculares aestus quaecumque se ex novis imbribus aqua caelestis infuderit mundo vaso excipitur et in

1 extimat *N*. 2 eicere *g*: acere (?) *N* (agere *Maius*), ciere *vl* (*rb*). 3 cruda—sunt *add. N.* | itaque et *gvl*: *om. rb*, itaque (*om.* et) *N*. *abhinc d*: Cydonea cr. et mat. *etc.* 4 cyliacis *gl* (*r*), ciliacis *v*. | dysint. *Nv*, dyssent. *b* (*g*), disent. *l*, dissint. *r*. | reiectantibus *N* (*et d*). 5 sumpti *d*. | cocuntur *N*. | in *gvl*: *om. rb et N*. 6 diuturna iam *gv et N*: iam diuturna *ld* (*rb*). 7 febris est *gvl et N*: febris (*om.* est) *rb*. | datur *rb*. | toracis et stomaci t. mitigant *add. N* (*Epit.*). 8 caelesti *om. ld*. 9 madescunt: *in hoc v. deficit folium N* (madefaciunt *b*[m]). | et *om. d*. 10 adsumpta *gv*. | delinit *gvld* (*rb*). 11 in dolore (*sed ipse supra scr.* tumore) *l*. 12 vehementer fervoribus *rb*. | vehementer *om. d*. | in aceto sive in vino (sive vino *d*) *gvld* (*rb*). 13 stomachicis *gv*: stomachi *ld*, stomaticis *rb*. 14 opportunissime *v* (oport. *g*). | offertur: *huc usque d*. 15 cydoneis *g*, cidoneis *v*: cydoniis *lb*, cytoniis *r*. 16 nam et sp. *l*. | et gustu *vl*: gustu *rb* (*g*). 17 repraesentant *gvl* (*rb*). 18 ydromelon *gvl*: ὑδρόμηλον *Diosc.* 5,30. | ex *gvl*: et ex *rb*. 21 vaso *gv*: vase *l* (*rb*).

Digitized by Google

umbra posita saepius transfusa colatur. tunc cydonea iustae maturitatis seminibus et ligno interiore purgata et in frusta concisa inmerguntur aquae et tam diu cum ea relinquuntur, donec in sucum transisse malorum vini colore prodatur. hanc diligenter liquatam et in vasa picata diffusam eiusmodi loco servare solemne est ad quem maxime fumo et si fieri possit soli negetur accessus. septimo mense pro vino uti licebit.

Quidam ex his et oleum quod appellatur melinum faciunt vehementer adcommodatum ad ea corporis vitia quae styptica virtute pellenda sunt. * maxime tamen ex eo sudores molesti detineri solent et stomachi aperta componi et vulnera in capite nata leniri. haec sicco die ante meridiem lecta et linteolo mundiore purgata vitreo vaso inmittuntur et oleo deinde recentissimo vas ad usque fauces repletur et pelle coopertum umbroso in loco servatur.

---

Cydonia plurimi eustomacha vocaverunt. styptica con- (68) primunt urinam propter austeritatem suam. cruda austeriora et vehementiora, cocta grata et leviora. cruda et

---

1 saepiusque *rb.* | cydonea *gv*: cidonea *l*, cydonia *b*, citonia *r*. 2 seminibus *gvl*: *om. rb.* | et *gvl*: ex *rb.* | interiori *rb.* 4 transisse: *sic gvl* (*rb*). 5 prodatur *gvlb*ᵐ: probatur *rb.* | Hanc *gvl*: quam *rb.* | liquatam *gvlb*ᵐ: colatam *rb.* 6 vasa picata *v* (*rb*), vasa picitą (*sic*) *g*: vase picato *l.* | loco *gvl*: in loco *rb.* 7 solemne *g*, sollēne *v.* | maximo *l.* 8 possit *g*: posset *vl*, potest *rb.* | septimo *gvl*: quo septimo *rb.* 10 et oleum *rb*: in oleo *gvl.* | *ἔλαιον μήλινον D.* 2,55. 11 adcommodatum *gv.* 12 virtute *gvl*: *om. rb.* 14 aperta: operta *gvl* (*rb*). | leniri *rb* (*l*): liniri *gv.* 15 sicco die (*cf. Pl.* 23,103 non . . . in umidis nata) *g* (*rb*): sicotidie *vl*, sic cotidie *b*ᵐ. | ante *gl*: ad *rb.* | et in linteolo (lineolo *gv*) m. p. *gvl*, et linteo purgato mundiore *rb* (*omisi* in). 16 vitreo vaso inmittuntur *ego*: in vitreo vaso (vase *l*) mittuntur *gvl*, in vitreum vas mittuntur *rb.* 17 et recentissimo oleo vas usque ad f. r. *rb.* | ad usque *g*: usque ad *vl* (*rb*).

Digitized by Google

## XLIIII. De persico.

Gal. VI,592. Persicorum cibus est quidem stomacho inutilis, eo quod cito sucus eius inacescat et caro aeque *in* digestione vitietur, verum minime gravis, dum non diutius in intestinis moratur et ad ima semper exitu ib. VI,593. celeriore festinat. praecoqua tamen et armenia leviora sunt. minus in his offendit quod supra in maioribus persicis adnotavimus. et tamen *praecoqua* ad utilitatem corporis armeniis antecedunt. *ideo haec* etiam aegris interim dari possunt, quorum dum taxat condicio permiserit.

Persicorum cibus negatur a medicis membra Gal. VI,593. nutrire. Galenus suadet numquam post cibum omnino sumere, corrumpi adfirmans si cibis ceteris Gal. XII,76. innatarit. folia persicorum trita et inposita ventris animalia perimunt et expellunt. eadem sicca atque * Pl. 23,67. in pulverem tunsa recentes plagas cruentorum vulnerum claudunt. nucleus persicorum capitis dolori

---

matura coeliacis et dysentericis et sanguinem *reicientibus* prosunt in cibo sumpta. cocta in cinere *calido* obvoluta in farina dantur in febribus laborantibus diuturnis. stomacho commoda sunt. incisa cocta in aqua dato stomacho dolentibus. vinum eorum dysentericos coeliacos nausiantes stringit et sanguinem expuentes. cocta in mulsa trita stomacho inposita defectiones tollunt.

---

1 P. quidem cibus est inutilis st. *l.* 2 eo *rb* (*g*): *om. vl.* | inacescat *g*: macescat *rb*, inarescat *vl.* | indigestionem *l.* 5 celeriore (-ri *g*) *gvl*: celeri *rb.* | praecoqua — (10) permiserit *gvl*: *om. rb. cf. de praecoquis et armeniis i. minoribus persicis Diosc.* 1,165. 9 etiam *om. l.* | posunt *g.* | dum taxat *g*, dū taxat *v*: duntaxat *l.* 11 nigetur *l.* 12 Galenus (Galienus *l*) *gvl*: sed et Galenus (Galienus *r*) *rb.* | nunquam omnino post cibum *rb.* 13 adfirmans *gv.* | si *gvld*: in *rb.* 14 innatarit *gvld*: innatent *rb.* | *abhinc d.* Persicorum folia *rb.*

Digitized by Google

cum oleo et aceto tritus inlinitur, quamvis quidam * cum solo rosaceo terere maluerint. * gummis gutta quam persici truncus inlacrimat, fluenti alvo medetur. eadem mixta cum vino etiam in vesica lapillos frangit, trita ex aceto impetigines reprimit, decocta cum croco tumores faucium mitigat, asperam arteriae canalem leviorem facit, excreantibus sanguinem miro modo subvenit, thoracis obstrictos sinus reserat, vitia pulmonis expurgat.

### XLV. De citrio. *

Non una eademque virtus in omnibus citrii partibus continetur. nam semini acidam potestatem ac (*Gal. de alim. fac. VI,* 618.)

---

Persicorum cibus est quidem stomacho inutilis quod cito sucus eorum acescat, et caro eius indigestionem facit. tamen post cibum si dantur utilitas est. nec non et cocti in iure si cum pullo gallinaceo sumuntur, nausiam stringunt. folia eorum trita cum calda pota contra lumbricos viscerum. similiter folia trita umbilico inponuntur. nucleo persicorum cum aceto et oleo frontem linito: capitis dolorem tollit. gummi eorum in posca soluto pota sanguinem reicientes. sucum foliorum eius *cum* aceto ad vermes aurium instillato: et vulnera curat et vermes necat. (69)

Armeniaca calida et styptica, stomacho valde utiliora in cibo sumpta. (70)

---

1 et aceto *gvld*: *om. rb.* | quamvis cum s. r. quidam t. *rb.* 2 Gummis *gvld*: Gummi *rb.* 4 mixta *gvld*: *om. rb.* 5 impetigines *gv.* 6 tumores *gvld*: -rem *rb.* | *post* tumores *deest folium unum in v* (*usque ad* 192,4 | liendo accommodata). | arteriae asperam c. *rb.* 8 obstrictus *rb.* 9 purgat *ld. sequuntur in d quaedam ex initio cap. excerpta. tit.* (*etc.*) citrio *gl* (*r*): cytreo *b* (citro *d*). 10 Non una: Nomina *l.* | citri *l.*

per hoc septicam inesse manifestum est, deinque praegnantibus fastidio laborantibus esui datum stomachum a nausia vindicat. tritum et in potione vini datum lieni medetur, querelis iecoris occurrit, aqua tritum et inspersum umidis vulneribus adhibetur. inde pernionibus ex ea singulare praesidium est. cortici austerior natura concessa est, quae quantum valeat etiam de ipso odore testatur. modice sumptus aut potioni calidae diutius inmersus *beneficia* naturae digestionis operatur. medicamentis *quae* purgando ventri praeparantur sucus eius admixtus irritationis periculum demit.

Fit ex citrio nobile antidotum tussientibus, quod eximie pectus exonerat. diaprasion quidem *apud* medicos hoc vocatur, sed maxima virtus eius in citrio constituta est. id varie quidem apud multos, verum explorata et recepta eiusmodi compositione conficitur. citrii — VI, marrubii — I, hysopi — I, inulae — I, glycyrrhizae — I, iunci radicis — I, pulei sc. VI, roris marini sc. VI, pinea integra una, palmulae tostae XXI, caricae XXI: haec omnia in aquam fontanam infunduntur et ibi die ac nocte

1 deinque *ego*: denique *gl rb*. cf. v. 6 inde. 2 Semen praegnantibus etc. sic *incipit d*. aesui *g*. 4 querellis *g*. 6 ex ea [illegible]: *om. rb*. praesidium: remedium *r*. 7—10 *haec* [illegible] Cortex citri m. dig. benef. operatur. 8 de ipso odore [illegible]: ipso dolore *rb*. qui modice *rb*. 9 beneficium *l*. [illegible] naturae dig. beneficia *rb*. 13 Fit *etc. haec om. d*. [illegible] exonerat *rb*. Diapprasion quidem *gl*: labrasion, quod *rb*. [illegible] maxima [illegible] *rb*. 18 conficietur *l*. | Citrii .vi. *g*, [illegible] Recipe [illegible] unciam unam *rb*. | ysopi *gl* [illegible], hyssopi *b*. 19 inulae *g*: enule *l* (enulae *rb*). | glycy- [illegible] glycyrrizae *g*, glyrryrece *l*, glycirizae *rb*. [illegible] pulei [illegible] Roris marini sc vi *g* (*rb*): [illegible] integram unam [illegible]. Palmulas tostas (costas [illegible] *gl* (*rb*). [illegible] 21 Haec (Hec *l*) [illegible] aqua fontana *gl* (*rb*). 22 infunduntur *gl*:

Digitized by Google

merguntur, postea aqua ipsa cum pigmentis sicut infusa sunt decoquitur ad tertias, et inde colata mensura pari cum despumato melle miscetur, mollique igniculo ne aduratur hoc usque incalescit donec subacta in mellis crassitudinem transeat.

## XLVI. De pruno.

Pruni recens pomum ventrem resolvit, stomacho contrarium indicatur, sed omne hoc incommodum celeri digestione finitur. sicca non tantum molestiae praebent. Dioscorides sicca cocta alvum restringere existimat, quod Galenus non immerito falsum esse contendit. quis enim nesciat et passa diutius in mulso ad solutionem ventris operari, maximeque proficere si decoctum ipsum cui nucleus admixtus est sorbeatur? facit tamen et ipse differentiam diversi generis in prunis, ut syriaca tantum putet minus

---

Non una eademque virtus in omnibus citreorum partibus, in cortice thermantica, in carne alia mollis temperata acrimonia, acerrima in semine et styptica. cortici austerior natura concessa est, quae quantum valeat et ipso odore temptatur. modice sumptus aut in potione calidae diutius immersus beneficium naturae digestionis operatur. caro alia qua in cibo utimur, longua mora, foramina interiora claudit et stomachum opprimit, tarde coquitur et indigestiones facit acrimonia. cum semine trita morsui canino succurrit. acinum cum vinulo in se coctum serpentium morsus et venena [illegible],

---

1 merguntur gl: -gantur rb [illegible] gl [illegible] rb. 2 [illegible] om. l. ; ad tertias gl: om. rb. [illegible] rb, [illegible] gl. 3 mensura pari cum gl: om. rb [illegible] rb 4 hoc usque gl: hucusque rb. incalescat l [illegible] gl [illegible] 46 om. rb [illegible] 11 [illegible] 12 [illegible] gl. 13 ipsum g. 14 [illegible] g: [illegible] l, 15 syriaca g.

(*D.* 1,166) per hoc stypticam inesse manifestum est, deinque praegnantibus fastidio laborantibus esui datum sto- * machum a nausia vindicat. tritum et in potione vini datum lieni medetur, querelis iecoris occurrit, aqua tritum et inspersum umidis vulneribus adhibetur. inde pernionibus ex ea singulare praesidium * est. cortici austerior natura concessa est, quae quan- (*Gal. l. c.*) tum valeat etiam de ipso odore testatur. modice sumptus aut potioni calidae diutius inmersus *beneficia* maturae digestionis operatur. medicamentis *quae* purgando ventri praeparantur sucus eius admixtus turbationis periculum demit.

* Fit ex citrio nobile antidotum tussientibus, quod eximie pectus exonerat. diaprasion quidem *apud* medicos hoc vocatur, sed maxima virtus eius in citrio constituta est. id varie quidem apud multos, verum explorata et recepta eiusmodi compositione conficitur. citrii — VI, marrubii — I, hysopi — I, inulae — I, glycyrhizae — I, iunci radicis — I, pulei fc. VI, roris marini sc. VI, pinea integra una, palmulae tostae XXI, caricae XXI: haec omnia in aquam fontanam infunduntur et ibi die ac *nocte*

1 deinque *ego*: denique *gl* (*rb*). *cf. v.* 6 inde. 2 Semen praegnantibus et f. *sic incipit d.* | aesui *g.* 4 querellis *g.* 6 ex ea *gld*: *om. rb.* | praesidium: remedium *r.* 7—10 *haec contracta in d* Cortex citri m. dig. benef. operatur. 8 de ipso odore *gl* (*b*[m]): ipso dolore *rb.* | qui modice *rb.* 9 beneficium *l.* 10 maturae dig. beneficia *rb.* 13 Fit *etc. haec om. d.* 14 exhonerat *gl.* | Di(y)aprasion quidem *gl*: labrasion, quod *rb.* 15 maxima *gl*: -me *rb.* 18 conficietur *l.* | Citrii .vi. *g,* citrii ∻ .vi. *l*: Recipe cytrei (cytrii *r*) unciam unam *rb.* | ysopi *gl* (isopi *r*), hyssopi *b.* 19 inulae *g*: enule *l* (enulae *rb*). | glycyrhizae (*Plin. Aug.*): glicyrrizae *g*, glyryrece *l*, glycirizae *rb.* 20 Pulei sc vi. *g*: puleíí scr. vi. *l.* | Roris marini sc vi *g* (*rb*): *om. l.* | pineam integram unam (.i. *l*). Palmulas tostas (costas *rb*) .xxi. Caricas .xxi. *gl* (*rb*). *correxi casum.* 21 Haec (Hec *l*) *gl*: quae *rb.* | in aqua fontana *gl* (*rb*). 22 infunduntur *gl*: -dantur *rb.*

Digitized by Google

merguntur, postea aqua ipsa cum pigmentis sicut infusa sunt decoquitur ad tertias, et inde colata mensura pari cum despumato melle miscetur, mollique igniculo ne aduratur hoc usque incalescit donec subacta in mellis crassitudinem transeat.

### XLVI. De pruno.

Pruni recens pomum ventrem resolvit, stomacho *D.* 1,174. contrarium iudicatur, sed omne hoc incommodum celeri digestione finitur. sicca non tantum molestiae praebent. Dioscorides sicca cocta alvum restringere existimat. quod Galenus non inmerito falsum esse *Gal.* contendit. quis enim nesciat ex passo discocta vel *XII*, 35. mulso ad solutionem ventris operari, maximeque proficere si decoctum ipsum cui sucus admixtus est sorbeatur? facit tamen et ipse differentias diversi generis in prunis, ut syriaca tantum putet minus

---

Non una eademque virtus in omnibus citriorum partibus, in cortice thermantica, in carne alba medie temperata acrimonia, acerrima in semine et styptica. cortici austerior natura concessa est, quae quantum valeat ex ipso odore testatur. modice sumptus aut in potione calidae diutius inmersus beneficium maturae digestionis operatur. caro alba qua in cibo utimur, flegma nutrit, foramina interiora claudit et stomachum opprimit, tarde coquitur et indigestiones facit acrimonia. cum semine trita morsui canino succurrit. incisum cum omnibus in se coctum serpentium morsus et venena fungorum curat. (71) *

---

1 merguntur *gl*: -gantur *rb*. | postea *gl*: post *rb*. 2 sunt *om. l*. | ad tertias *gl*: *om. rb*. | inde *rb*: in (*sc. pro* m̄) *gl*. 3 mensura pari cum *gl*: *om. rb*. | melli *rb*. 4 hoc usque *gl*: hucusque *rb*. | incalescat *l*. 5 subacta: *sic gl* (*rb*). *capit.* 46 *om. rb* (*primus ipse edidi in Anecd. II*, 130). 10 galienus *gl*. 13 ipsud *g*. 14 sorbeatur *g*: sorbatur *l*. 15 siriaca *g*.

Digitized by Google

alvum movere quod sint strictiora, hispana vero *Gal.* *VI*,613. plus solvere quod sint dulciora. idem ex omnibus prunis quae maiora et elata sunt, ea demum tenera et digestioni faciliora et ventri molliendo adcommodata praesumit, minoribus omnia inesse contraria. est et agreste prunum austerioris fortiorisque virtutis. hoc siccum etiam veteres dysentericos certum est adiuvare. gummi huius arboris cum vino *potum* calculos frangit, cum aceto tritum atque *inlitum* (*Pl.* 23,66) lichenas optime purgat. aqua in qua pruni folia decocta sunt gingivas et uvam itemque toxillas ab omni querela ore conluendo defendit, sed in vino decocta vehementius prosunt. radices itemque cortex eandem stypseos habent potestatem quae in foliis constituta est.

### XLVII. De mespilo.

Mespili arborem Dioscorides contentus agrestem *Gal.* *XII*, 72. nominasse praeteriit. hoc tantum adseverant quod poma eius et folia virtute non discrepent. sed et ceteri diligentius, qui et vocabulum eius aliud *addi-*

---

(72) Pruni pomum recens ventrem solvit, stomacho contrarium iudicatur. sicca non tantum molesta sunt, in mulsa cocta alvum commovent.

---

